

consentium alterius, & sic acceptationem. & sic contractus onerosus, merito, ut reuocatio antea facta prius consentus sit valida, siquidem alter absens cum promissione non acceptauerat.

7 Proceat etiam eadem resolutio, de qua supra in principio huius cap. vt ea promissio matrimonij censetur acceptata, & obliget, si fiat presentis, & tacenti, vt tenet Ludouic. Lopez in 2. parte Instructori, in materia matrim. ca. 26. fol. 1032. col. 1. S. praterea quoniam, quem sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatiue 6. numer. 26. & merito: quia quocies de tacentis commodo agitur, censetur tacens in sui fauorem consentire, vt diximus supra cap. 5. num. 2. & ita quando promissio, & donatio fit presentis, & tacenti, reuocari postea non potest, quia ex sola presentia cum tacuitate censetur acceptata, vt docuimus cum alijs in d. e. quamuis pactum in princip. numer. 58. estque communis sententia secund. Syluest. in Summa verbo pollicitatio numer. vnic. & D. Molin. alios referentem d. cap. 2. numer. 76. & Co. uar. dicentem contrariam sententiam esse falsam in rubrica de testament. 3. parte num. 13. lul. Clarum ubi supra §. donatio in quest. 14. versic. sed pone. Menchac. lib. 2. controuers. lib. 6. 2. numer. 12. cum sequentibus: Menochi. de presumpcio. lib. 6. presumpcioe 4. 2. numer. 5. Azeued. in l. 2. numer. 11. tit. 16. lib. 3. noua collect. reg. & alios refert Thom. Sanchez ubi supra numer. 11. aduersus Tiraquel. de priuileg. causa 314. Angles, & Manuel Rodrig. Imo addit Auendan. in 2. parte cap. 1. prae. num. 2. esse communem opinionem, quod ad validitatem donationis, vel priuilegij sola scientia donatarij sufficit: & ibi refert plures casus, in quibus tacita praesentia scientia, & acceptatio, sequitur etiam Roland. à Valle, consil. 19. num. 33. & 34. item de iur. Pedemont. 70. numer. 12. & Tho. Sanchez sub d. num. 11. ubi inquit, nos hoc tenuisse in d. capit. quamuis pactum, in princip. numer. 58. cum tamen ibi relictus tenuerimus contrarium, numer. 59. intelligentes praed. communem sententiam, vt procedat, quoad validitatem tantum donationis, non vero, quoad irrevocabilitatem ipsius, quia ad hoc requiritur acceptatio, vel saltem presentia donatarij cum tacuitate ipsius, vt modo quoque probamus contra Thom. Sanchez praemaxime quando donatio fit sub aliqua conditione, vel grauamine, aut graua minibus. Vnde idem dicimus, & probamus in promissione matrimonij absenti facti, vt minime sufficiat quoad irrevocabilitatem, scientia alterius partis, nisi ipsa quoque acceptet, vel si fuerit praesens, ad minus taceat.

8 Quinimo in proposito presentia non praesumitur, nisi probetur, vt in l. 2. C. de status, & in agnib. ibi, sua probet accessisse presentia: presentia namque consistit in facto, & facta non praesumuntur, nisi probentur, l. in bello §. facti ff. de captiu. & l. in reuersi. quoniam, in fine ff. de publico in rem actio, & ita in terminis presentia, quod non praesumatur, nisi probetur tenet Alberic. & Bald. per text. ibi in d. l. 2. num. vnic. Paul. in l. illud numer. 6. C. de Sacerdotib. Eccles. Menochius plures referens de praesumpt. lib. 6. praesumpt. 18. num. 7. & 2. Malcard. 1. sum. de probat. concl. 16. 5. minor. 1. & Sanchez ubi supra sub d. numer. 11. in versic. huiusmodi non obstantibus, &c. Vbi respondet ad optimam C. de contrah. & committ. stipul. quia ibi constabat per scripturam presentia scripta: & ad doctrinam glossae in l. 1. verbo inter presentes C. eadem tit. quod loquatur quando instrumentum facit mentionem de actu, qui fieri non potest, nisi per praesentes, & alijs Doctoribus probantibus contrarium: nec nos eius sententia fuimus, ubi supra num. 58. ad fin. siquidem, non discussimus articulum, nec diximus, quae opinio esset tenenda,

sed tantum remissius processimus. Nunc autem ex proposito rem agentes, tenet praesentiam in dubio non praesumi in nostro casu, nisi ipsa probetur ex supra dictis, alias namque omnis promissio, vel donatio absenti facta esset irrevocabilis regulariter, quod minime est dicendum: & credit praeterea communis vsus, qui habet, quod quando donatarius praesens est tempore donationis, hoc ita exprimitur in instrumento ipsius, nempe, huius gratia, & donatio a vos P. que estays presente, &c.

Deinde illud etiam obseruandum censeo, quod si tempore promissionis matrimonij vtrique sit in ciuitate eadem, vel loco, & eodem die, & coram eisdem testibus alter alteri praed. promissionem fecerit matrimonij, licet simul praesentes non sint, essent valida sponalia, & irrevocabilia, prout in simili donatione, vt valida fit etiam absque ratificatione, tenet, & probat Thefaur. decis. Pedemontan. 70. numer. 12. per ea, quae in simili tenet Bellonus consil. 5. numer. 17. & 16. & inquit Thefaur. quod ita nouissime censuit Senatus in causa magna anno 1587. 17. Nouembri.

Similiter si promissio matrimonij fiat infanti per maiorem septennio, non requiritur acceptatio, & promittens resiste nequit, sed tenetur expectare donec infans ad septennium perueniat, qui si tunc noluerit, remanet promittens liber, si vero voluerit, tenebitur seruae fidem: ita docent D. Antonin. in 9. parte sua Summa tit. 1. cap. 16. ante §. 11. Syluest. verbo sponsalia quest. 2. dicto 2. ad fin. vbi Tabien. q. 4. §. 5. Artil. aureanum. 4. Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 11. conclusioe 4. Manuel Rodriguez in 1. tom. sua Summa in 2. editione, cap. 24. §. n. 7. & Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatiue 9. numer. 27. aduersus Cardinal. quod improbat, & fundamentum huius verba, & communis sententiae est.

Quia donatio seu promissio gratuita facta infanti absenti, non eget ipsius consentu, nec acceptatione, sed statim ei acquiritur irrevocabiliter: text. in l. i. jubeamus, C. de emancip. lib. 1. versic. infanter, Decius consil. 24. §. n. 3. D. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 2. n. 75. & nos late conf. 6. n. 7. §. 1. Paul. consil. 77. nu. 33. lib. 1. Burg. de Paz quest. 10. ciuil. num. 13. Azeued. in l. 2. n. 22. tit. 16. lib. 3. noua collect. reg. & tandem Tho. Sanchez d. lib. 1. disputatiue 6. nu. 15. dum tamen factus maior eam acceptet, Burg. de Paz, & Azeued. ubi supra in vers. an bene dicam.

Ad hoc tamen, vt promissio matrimonij absenti facta irrevocabilis sit, non oportet, vt absenti intretur per nuncium ad id per promittentem destinatum, vel per epistolam, prout requirit Thom. Sanchez ibidem existimabat n. 20. eo motus fundamentum, quia in reliquis promissionibus id desideretur iure communi, & regio, vt per eundem ibidem n. 3. & 20. sed meo iudicio licet attentio iure communi bene dicat: attendi tamen d. l. 2. in cap. praesentibus, & c. tit. 16. lib. 3. noua collect. non recte loqui videtur.

13 Siquidem verius est, & tenendum, quod est ea lex regia non tollat acceptationem, tollit tamen alias solemnitates requiritas, nempe, quod donatarius certificetur de donatione, vel promissione gratuita per nuncium ad id destinatum per donatorem, vel promissorem, aut per epistolam, quia iuxta mentem, & decisionem d. l. regie satis est, vt quilibet nunciet infcio donatore, dummodo sequatur acceptatio antea reuocationem, secund. D. Molin. lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 2. numer. 62. Burg. de Paz junior. quest. 10. ciuil. num. 24. & nos in d. e. quamuis pactum in princip. numer. 59. & Gregor. Lopez in l. 4. tit. 4. partia 5. in glo. verbo, no lo puede. & hoc ab omnibus recipitur, vt testatur Angul. de meliorat. in l. 1. glo. 3. num. 28. & tenet etiam Azeued. in d. l. 1.

in d. l. numero 20. per totum, tit. 16. lib. 3. noua collect. Reg. quibus magis credendum est, quam Thom. Sanchez: sufficit ergo, vt absens, cui fuit facta promissio matrimonij futuri, si aliunde certior factus de dicta promissione eam acceptet, quamuis certior non fiat per nuncium ad id destinatum per promittentem, nec per epistolam, per supra dicta.

14 Ex quibus tenet etiam verius, & receptus esse, sufficere acceptationem, & reuocationem absentis referendo mittendi literas promissionis, numero quinto, 30. questione 5. & in 2. final. prope fin. de procurat. lib. 6. vbi Ioan. Andreas prope fin. & Anchar. in fine, Dominic. in §. sane, numero 3. Francus numero quinto. Felin. consil. 40. numero decimo. Zasius consil. 3. numero 8. volumine secundo. Alexan. consil. 146. numero 11. volumine 11. Angel. in Summa verb. matrimonium 2. numero 20. D. Antonin. Archiepiscopus Florentin. in 3. parte sua Summa tit. 1. ca. 19. ante §. 1. & alij, quos retere, & sequitur Syluest. verbo matrimonium §. questione 12. Tabien. verbum matrimonium secundo, quest. 6. numero 7. Alphons. à Veracruc. in 1. parte Specul. Coning. art. 16. dubio 7. vers. sed de modo. Henriquez lib. 11. de sacrament. matrim. ca. 2. numero 6. in commento licet N. Candelab. aureum 7. sacrament. in 1. parte de sacrament. matrim. num. 46. in fin. pag. 413. in princip.

15 Nec requiritur intimari praed. reuocationem consentum, & acceptationem absentis mittenti, quicquid Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 7. n. 35. contrariam sententiam aduersus supra dictam cum eodem Veracruc. in Appendice, ad Specul. dubio 3. in fine, & Petr. de Ledesma de matrim. quasi. 45. dubio vltim. in solutione ad primum. late probat nititur, cuius argumenta facili negotio diluantur, & tandem, quia donatio & promissio gratuita absenti facta sit irrevocabilis, per solam acceptationem eius cui facta fuit ante reuocationem promittentis, neque requiritur, quod eadem acceptatio intimetur, constat ex supra dictis.

16 Iuramentum autem adiectum promissioni factae absenti de matrimonio contrahendo non impedit, quin ante acceptationem possit reuocari, nisi iuramentum fiat per modum voti, vt relictus probat Thom. Sanchez ubi supra d. disp. 7. num. 24. & 25. & 39. vbi hoc ampliat, etiam si adit iuramentum de no reuocando, quae sententia plurimum corroboratur, & confirmatur ex altera vtiore plurium Doctorum, quae habet, quod donatio facta absenti etiam jurata, & cum pacto de non reuocando eam, potest reuocari ante acceptationem, quia iuramentum sortitur naturam contractus super quo interponitur, ac proinde est intelligendum, si donatarius eam acceptauerit, vnde ante acceptationem donator, etiam cum iuramento, non videtur se obligare saltem irrevocabiliter, vt late probauimus in repet. e. quamuis pactum in prim. in secunda editione Salamancae facta anno 1592. sub num. 35. vers. vt tamen accurata de pact. in 6. Azeued. in d. l. 2. num. 27. tit. 16. lib. 3. noua collect. Reg. & alij plurimi Authores, quos nouissime refert Anton. Thefaur. decis. Pedemontan. 70. num. 3. tametsi ipse ibi probet contrarium nobiscum, ubi supra in prima editione, & cum alijs pluribus Authoribus, & haec quando nemo pro absente stipulatur promissionem matrimonij.

17 Superest, vt videamus, an idem sit dicendum, quando promissio matrimonij fit absenti, aliquo pro eo stipulante, aut acceptante, inquam ita obliget, vt reuocari minime possit? veluti, cum agitur de matrimonio contrahendo inter parentes, vel consanguineos vni, vel vtriusque partis, vir promittit absenti femina, vel eius consanguineis, vel affinis, aut alius eius nomine, se contrahendum matrimonium cum ea,

ipsique acceptant promissionem praedictam, & sic remanent inita pacta matrimonialia.

Hanc questionem, quando promissio matrimonij est respectiua, tribus conclusionibus absoluit Thom. Sanchez, lib. 1. de matrim. 7. disp. num. 29. cum sequentibus.

Prima conclusio est, quando promissio matrimonij est respectiua, & per modum contractus vltro, citroque obligatorij absenti facta, quicunque eius nomine stipuletur absque illius speciali mandato ad reprimittendum licet verba promissionis dirigantur in praesentem, vt promitto tibi me ducaturam Mariam, potest ante absenti reuocationem, quae vicissim priori contrahenti nota sit, reuocari: ita Sanchez ubi supra n. 31. quam prius tenuit, & probauit D. Azeued. in d. l. secunda, sub n. 20. ibi, est tamen verum, & num. 21. in prim. alios allegans.

Hanc conclusionem limitat ille n. 32. vt intelligatur, nisi alter stipulans contraheret promittendo pro absenti matrimonium, quae promissio intelligitur, id est, se ducaturam, & c. utaturam, tunc namque non potest promittens resiliere, quia est mutus contractus vtriusque celebratus, & sicut stipulans potest cogi, vt curet, & faciat quod in se est, ad quod se obligauit, ita & promittens tenetur fidem seruare, & probatur in c. sic de sponsalib. potest tamen stipulans, antequam parti absenti intimet remittere hanc sponsonem, quia obligatio non est acquiescenda absenti, sed huic stipulanti: at si intimare absenti, & sic acceptaret, iam non posset remittere.

Secunda conclusio, quando promissio est respectiua, quamuis alter promittat misso nuncio à sponsa ad petendum promissionis fidem, dum non irritat sponse, vt reprimittat, illaque reprimiserit, potest adhuc resiliere, quia ante alterius reuocationem contractus non est perfectus, nec nuncius potest nomine absentis reprimittere, nisi speciale ad id mandatum habeat, vt in matrimonio definitum est, in r. fin. de procurat. lib. 6. & consequenter idem in sponsalibus probandum est, l. vtriusq. ff. de sponsal. Sanchez ubi supra num. 33.

Tertia conclusio, quando promissio matrimonij est respectiua, si mittatur nuncius non tantum ad petendum matrimonij promissionem, sed vt mittentis promissionem alteri intimet, satis est, vt alter coram illo reprimittat, vt sponsalia perficiantur, ne vtrique absque alterius consensu reuocare liceat, ita re. & probat Thom. Sanchez ubi supra num. 34.

Quarta conclusio, promissio matrimonij gratuita absenti facta coram persona, quae absentis nomine stipulati potest, quam reuocari Sanchez ubi supra num. 5. vsque ad 9. non potest reuocari à promittente, si ille praesens absentis nomine stipuletur, & promissio fiat per verba directa in praesentem, vt promitto tibi me contrahendum cum Maria, vel per verba impersonalia, vt promitto me contrahendum cum Maria, secus si verba promissionis dirigantur in absentem, vt promitto Mariae absenti matrimonium. Hanc conclusionem probat Sanchez ubi supra n. 36. addeus n. 37. quod stipulans in praed. casu, non potest remittere praed. promissionem ex dec. f. Pedemontan. 70. n. 12. & March. de Afflic. quem ibi refert, quamuis Colledor illarum decisionum, dicat, se tenuisse contrarium.

CAPITVLVM VII.

De deliberatione ad sponsalia requisita.

SUMMARIVM.

1 Deliberatio, quae requiritur ad validitatem sponsaliorum, & an facta calore iracundiae sufficiat? & numeris sequentibus.

- 3. *Contrahit calor iracundie gestum non valet nisi cum plenum iudicium adest confirmetur.*
- 4. *Decimus vesticigalium, que calore licitantis ultra modum solita condictionis inflavit, quando admittens, da sit?*
- 5. *Iuramentum, & votum calore iracundie facta non obligant.*
- 6. *Promissio omni homini facta a subito irato, aut alio passiva motu percuso non valet.*
- 7. *Deliberatio sufficiens ad mortale, & sic ad votum, & sponsalia que requiratur, & num. 8.*

**D**ELIBERATIO plena, & matura requiritur ad validitatem sponsaliorum ac proinde non sufficere, quae fit calore iracundie cum haec sit materia gravis, & agatur de obligatione, & vinculo perpetuo, prout est matrimonium, quod promittitur contrahendum, & facile contingat, quod qui inconsulte se obligant, cito poenitent, & exinde figcantur adimplere fidem promissionis de contrahendo matrimonio difficiles exitus (ut frequenter solet) contingant, & requisisti ad finem sponsalium Tandem facit regula quae quid calor iracundie ad se de regul. iur. l. 3. ff. de iur. ca. de iur. iudic. de poenitentia distinctione 1. c. si quis iratus 2. questione 3. quibus iuribus cauetur, factum calore iracundie non prius ratum esse, quam si perseverantia sequuta apparuerit iudicium animi fuisse; sic iuramentum calore iracundie praestitum non ligat l. 2. ad l. Jul. mag. Philipp. Decius in d. regula quae quid calor iracundie. 4. Vltimo facit regula communis, & vulgaris in iure, quae habet.

Quod contra hunc calor iracundie gestum non valet, nisi cum plenum iudicium adest, confirmetur, vnde supra dictum probavit gloss. in d. cap. si quis iratus vbi dicitur si quis. & in l. 3. statim in princip. Decius post Bart. in d. regula quae quid calor iracundie, numer. 1. Roman. singul. 508. l. 1. in l. si sitam num. 5. de iust. i. testamento. Felix. in ca. Marchiana num. 2. de simon. Tiraquell. de priuileg. causa p. 4. priuileg. 18. & de penis temperand. causa 1. num. 24. vbi limitat iudicium ratione causa pia, facit licitatio 9. in princip. ff. de public. & veltig.

Vbi quod licitatio vesticigalium, quae calore licitantis ultra modum solita condictionis inflavit, ita deum admittenda est, si fidei iustores idoneos, & cauciones, is, qui licitatio me vicerit, offerre paratus sit.

Nec obstat, quod lex illa agat de speciali casu licitationis in subhastationibus, in quibus licitantes certantes frequentissime praeter voluntatem, aut saltem, per rema. mai. que per voluntatem, pretium ultra modum augent: vnde non videtur ad alios contractus calore iracundie celebratos extendendam, cum eadem ratio militare non videatur.

Quia responderetur, hoc idem regulare esse in aliis contractibus calore iracundie celebratis, non aliter enim sunt rati, quam si cum plenum iudicium adest confirmantur, vt modo dicebamus.

Sic praeterea videmus iuramentum, & votum calore iracundie facta non obligare, iuxta gloss. in cap. dudum verbo calore, & ibi Hostiensis & Butr. in ca. si ex lictis num. 2. & in cap. si vero num. 7. de iur. iurand. Roman. vbi supra 4. Tiraquell. de penis temperand. causa prima. num. 26. & 27. & alij Authores: ergo nec promissio matrimonij inconsulto, & repentino motu facta valet, si postea, cum plenum iudicium interuenit, non ratificetur: vnde si quis calore concupiscentis inflammatus, aut bene potatus licet non ebrius, omnino iurasset uxorem ducere Mariam, vel alteram foeminam, non videtur compellendus ad eam ducendam ex praedictis.

His tamen omnibus non obstantibus in hac ma-

teria non sietate, & generaliter docendum est, hauiusmodi parum deliberatum voluntatem, non obligare ad fidem promissam adimplendam. Sed caute & cum distinctione procedendum est, videlicet, eam deliberationem in propofito sufficere, quae in materia lethalis culpe sufficeret ad culpam mortalem.

Vnde si quis ira, aut alio passionis motu subite percussus sponsalia contrahat, si tanta est passio, vt rationis iudicium obtinebrauerit, & deliberationem ad peccatum mortale requisitum impederit, vt, si illo subito motu hominem interiret, non esse mortale, tunc sponsalia non essent valida, defectu deliberationis: quod raro contingit (supponit namque furor em completum) si autem non ita impeditur deliberationem, quin homicidium illud tunc admiffum esset culpa mortalis, sponsalia erunt valida, quod plerumq; contingit, quosies subito iratus, aut alio passionis motu percussus sponsalia contrahit.

Quod quidem generale est in omni promissione homini facta, vt docent Nauar. in Manual. Latini. ca. 18. num. 7. & Molina Theolog. secundo tom. de iustitia & iur. disp. 267. in prim. idemque est in voto, & iuramento, iuxta gloss. in c. mulier 32. quae 2. & alios plures, quos retulimus, & sequimur sumus lib. 2. Canonice. questionum cap. 22. num. 7. vbi numeris sequentibus alia plura adduximus in proposito, Ioan. Andreas in cap. dubium, numer. 20. de conser. conuag. vbi Butrius numer. 23. Cardinali. s. Anchar. 10. Alexand. de Neuo in c. si ex lictis, num. 18. de iure iurand. & ibi Imol. in fine. & Felin. & num. 3. & 4. Decius in d. quae quid calor num. 2. Paludan. in d. disticti 38. q. 1. num. 9. & 10. est communis secundum Nauar. vt resoluimus, vbi supra. & eam quoque tenent Manuel Rodriguez in 2. tom. sua Summae. cap. 92. num. 1. Aragon. in 2. 2. quae 88. art. 1. Angles in florib. Theologicis. questionum in 2. parte. quae 1. de voto art. 1. disticti 3. Ludouic. Lopez in prima parte Instructor. cap. 43. & omnes prope Summiste verbo iuramentum; & verb. votum; & tandem nouissime alios referens Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disp. 8. num. 5. vbi in terminis sponsalium idem probat post Palud. vbi supra num. 9. & D. Anton. in secunda parte sua Summae tit. 11. cap. 2. in prim. & Syluest. verbo votum 2. quae 13. quod & nos in propriis terminis de sponsalibus adnotauimus d. cap. 22. num. 13.

Inquit tamen Thomas Sanchez vbi supra, numer. 7. quod ad hoc, vt adde deliberatio sufficiens ad mortale, & sic ad votum, & ad sponsalia, is qui vouit, aut contrahit, debet praemeditari causam, nempe iram, angustiam morbi, belli, vel aliam passionem, & amorem impellentem, & finem, quem intendit secundum Paludan. in 4. disticti. 38. quae 1. num. 5. D. Anton. in 2. parte sua Summae tit. 11. c. 2. in prim. notabil. 8. hocque docet Caietan. 2. 2. q. 88. art. 1. circa conditionem ad votum requisitam, vbi hoc magis explicat, dicens, requiri, vt aliquis conferat id de quo deliberat cum eius opposito: alius non esset simpliciter liberum: non tamen ad hanc deliberationem magna temporis mora requiritur, etiam dum iudicium aliqua passione contrahatur est, vt docent Palud. n. 9. D. Ant. Sylu. & Caiet. vbi supra. qui addit posse eam deliberationem impericibiliter fieri, vt si occurrat homini irato volenti vouere, quid facit, & adhuc voueat: imo dicunt Nauar. cap. 12. num. 26. & Ludouic. Lopez in prima parte Instructor. ca. 43. paulo post princip. In momento, quos sequitur Sanchez vbi supra non exigi, vt ea deliberatio praecedat tempore, sed solum naturae ordine votum, vel tractum.

Vnde non est admittenda regula quam tradunt nonnulli, nempe Angel. in summa verbo votum 1. n. 8. Tabien. ibidem q. 1. & Supplement. Gabriel. in 4. disticti 38. quae 1. art. 1. & sequaces, scilicet, quod si transacta periculi angustia, cum qui vouet, vel

vel contrahit poeniteat, signum hoc esse de fuisse requisitam deliberationem, ac proinde non obligare: sed non est ita, quia saepe oritur, quae ex magna deliberatione facta sunt, facientem poenitet, tunc etiam, quia calore iracundie multa sunt deliberatione sufficienti ad culpam lethalem, quae eo calore secluso minime admittentur, ac proinde merito post alios praed. regulam improbauimus lib. 2. canonice. q. ca. 22. num. 14. referet, & sequitur alios allegans Thomas Sanchez d. disputacione 8. num. 8. vbi quod in eo sensu potest ita regula admitti, quando scilicet dubitatur, an vehemens passio rationis vsu priuarit, quia tunc licet non sit certa, est tamen aliquantulum probabilis coniectura, si statim poeniteat facientem, de fuisse deliberationem, vt explicuit Summa Tabien. in secunda editione. verbo votum 1. quae 1. num. 2. eisdem rationibus improbat ibi Sanchez aliam regulam quam docent Anton. de Butrio in cap. si ex lictis num. 9. de iur. iur. & Abb. in cap. si vero num. 7. eodem tit. quae habet, quod si cessante calore iracundie minime votum, aut iuramentum emissum esset, non obligabit, sed hoc non est verum, vt ibi per eum. In dubio autem an iracundia, vel perturbatio priuarit vouentem, vel contrahentem sponsalia deliberatione requisita, necne, vt in tantam iracundiam quis incedat, vt rationis vsu impediatur, denique, qualitas, quae naturaliter homini inest, semper in dubio adesse praesumitur, vt cum Alciat. probat Menoch. lib. 1. praesumptio 14. n. 3. & probat latius supra dictam conclusionem Sanchez vbi supra d. num. 10. quae mihi vera, & tenenda videtur.

CAPITVLVM VIII.

De muto, & surdo, furioso, insano, & mente capto, & in matrimonium contrahere possint?

SUMMARIUM.

1. *Mutus, & surdus an possint matrimonium contrahere? & numerus sequentibus.*
2. *Mutus, & surdus simul an possint matrimonium contrahere? & numerus sequentibus.*
3. *Mutus, & surdus possunt consistere, & absolui. (habetur.)*
4. *Mutus, & surdus simul, accacius an possint matrimonium contrahere?*
5. *Furiosus, & insanus an possint matrimonium contrahere? & numerus sequentibus.*
6. *Intellectus tex. in cap. neque furiosus 32. quae 7.*
7. *Distictio sed si, aduersatur in iure, & in facto.*
8. *Mulier, si contrahat matrimonium cum furioso, & postea cum ipse reuerfus est ad sanam mentem denovo contrahat matrimonium cum eo, tenebit hoc matrimonium ex nunc: & in tunc sufficit tactus consensus, copula, vel cohabitatio ad reualidandum matrimonium, vide n. 9.*
10. *Mente captus an possit contrahere matrimonium?*
11. *Mente captus non potest contrahere, & numerus sequentibus.*
12. *Mente captus non potest donare.*
13. *De furioso, & mente capto dicta negatiua quomodo intelligenda sint?*
14. *Furiosus habens diuiciam interualla, in dubio praesumitur adum fecisse tempore sanam mentis, vt alij potius valeat, quam pereat, vt hic late agitur de hoc.*

**A**MUTUS, & surdo incipiendo, habemus rex. in ca. cum apud 23. in ordine de spons. vbi Innocentius ill. Arelateni Archiepiscopo ita rescripsit, & caecus consultius nos, vtrum mutus, & surdus alicui possint matrimonialiter copulari, ad quod taliter respondemus: quod cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicumque non-

prohibentur, per consequentiam admittatur, & sufficit ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum, & quorumque conjunctionibus agitur, & cetera, idem decidit. s. ait. 2. parita. 4. in ver. esto serua. & c. ibi Gregor. Lopez in gloss. quae fuisse mudo: vnde videtur, quod si talis velit contrahere, sibi non possit, nec debeat denegari, cum, quod verbis non potest, signis valeat declarare, ita etiam caueatur in dictis iuribus.

Sed dubitari potest an haec iura agant de muto, & surdo simul, an vero de diuersis, quorum alter mutus, alter surdus sit? & videtur prima facie de his loqui, nempe de solo muto, & de solo surdo, vt quilibet eorum matrimonium signis contrahere possit, vt apparet ex primis verbis illius tex. ibi, alicui possint matrimonialiter copulari: loquitur namq; in plurali: nam si de muto, & surdo simul intelligeretur, tunc ille esset solecismus: qui quidem intellectus, quod mutus tantum, & surdus tantum possint matrimonium contrahere, est in se verissimus, atq; casus in dubius, & approbatur expresse in d. l. Regia 5. Quinimo & hoc in d. cum apud videtur intelligere gloss. ibi verbo, Surdus, & Anchar. m. 5. Bald. in l. laeseris n. 1. C. qui testam. facere poss. & ibi DD. Greg. Lopez vbi supra. Flamin. Paris. de resgnat. benef. lib. 5. quae 1. 3. n. 6. & Bolus in Oeconomia canonica classe 2. c. 4. §. 7. littera G.

Nihilominus tamen tex. in d. cum apud intelligi etiam potest, & debet in muto, & surdo simul: is namq; in intellectu perspicacem habet, ita vt signis deloceri possit, quid sit matrimonium, & signis indicare consensum, sponsalia, & matrimonium valide contrahere possit, vt patet ex eodem tex. in responsione, ibi, videtur, quod si talis velit contrahere sibi non possit, nec debeat denegari, cum enim in principio loquutus fuisset de muto, & surdo, nunc in verbis proxime relatis eu singulari numero copletur, si talis velit contrahere non possit, nec debeat denegari.

Cum enim hi secundum omnes possint consistere, & absolui, merito, vt matrimonium quoque contrahere possint: & in terminis ita tenent, & intelligunt illum tex. DD. communiter ibi, nempe Hostiensis in vers. surdus Ioan. Andreas, n. 15. Ant. de Butrio, n. 6. Card. n. 1. Abb. in fin. Alex. de Neuo, n. 12. Praeposit. n. 5. Enric. in c. tunc n. 1. c. 2. de sponsal. Paris. cons. 63. volumine 4. D. Couar. in quarto, de sponsalib. 2. parte c. 2. in fine. Angel. in summa verbo matrimonium 3. impedimento 12. in princip. Tabien. verbo matrimonium 2. q. 6. n. 7. in fin. Greg. Lopez vbi supra Brunel. de sponsal. conu. 14. n. 5. & 8. volumine 9. tractat. Costanus de sponsalib. tit. qui possint contrahere sponsalia, n. 20. eodem volumine. Matienso in rubriculis 1. gloss. 1. n. 67. lib. 1. nouae collect. vob. & Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disp. 8. n. 12. vbi poterit iudex deprehendere, & colligere consensum legitimum ex gestis, & signis: & quod est difficillimum, hoc posse habere legitimum consensum, & quod fecerit Hostiensis, ita vbi supra. Enric. Abb. Alex. de Neuo, & Greg. Lop. vbi supra in dubio consilendum esse Principem.

Quod si quis simul mutus, & surdus ac caecus sit, hunc quoque matrimonium contrahere posse affirmant multi ex praedictis Authoribus, nempe Ioan. And. Card. Pan. Alex. de Neuo, n. 14. & 15. Enric. Angel. Tabiena, Greg. Lopez, & Brunel. & alios allegans Zeuallos, tom. 3. commun. opin. q. 75. n. 32. sed negant Anchar. in d. cum apud n. 5. & Sanchez vbi supra. n. 13. quamuis haec non a natura habeatur, sed casu, nisi antequam in haec incidere nosset, quid esset matrimonium. Id quoque negat Alexand. Cacerius lib. 13. de sponsal. c. 4. de eo, qui tantum est furdus, & caecus a natiuitate, quod verum credit Sanchez vbi supra, quia mutus solus signis edoceri potest, quid sit matrimonium: caecus autem signa haec percipere nequit, nec etiam verba, cum simul furdus sit.

De furioso, & infano, an matrimonium contrahere possit? habemus decisionem Ecclesie, in ca. dilectus 2. de sponsalibus, que ita se habet: Dilectus filius R. proposuit, quod filiam suam cuidam matrimonialiter copulavit, & infra: cum autem eadem mulier cum viro ipso, qui continuo furore laborare non possit, & propter alienationem furoris, legitimum non poterit interuenire consensus: mandamus, quatenus, si rem noueris ita esse, preafatas personas cures ab inuicem separari: ex quo tenetur manifeste constat requiri, quod uterque contrahens matrimonium sit sui compos, rationisque vsum habens, vnde si alteruter infans sit, sponsalia, vel matrimonium ab eo contracta nulla erunt, vt in d. c. dilectus: & sic expressa l. 6. in princ. & in fine tit. 2. part. 4. in princ. namq; inquit lex, casar puden todos aquellos, que han entendimiento sano para consentir el casamiento, in fine, dicit: otro fi, el que fuesse loco, o loca, demaneza que nunca perdieuse la locura, no puede consentir para fazer casamiento, maguer dixesse aquellas palabras, que hacen el matrimonio. D. Cou. in 4. de sponsal. parte 2. n. 5. alios allegans diximus lib. 2. canonic. quest. cap. 4. n. 10. s. vnde glo. in d. c. dilectus verbo furorem, vers. potest diui, dum sentit, & voluit a communiter sensu quod matrimonium contractum a furioso cum altero sane mentis conficio furoris illius tenet, & valeat, merito reprobat Præposit. ibi n. 2. & D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 2. n. 7. in fin. & Thom. Sanchez lib. 1. de matrimon. disputatione 8. num. 15.

Neque aduersus hanc sententiam aliquid probat tex. in e. neque furiosus 32. quest. 7. ibi, neq; furiosus, nec furiosa matrimonium contrahere possunt, sed si contractum fuerit, non separantur, quia tunc, ille in hoc vltimo debet intelligi de matrimonio contracto ante furorem, vt patet ex ipsius verbis modo relatis, nam cum prius dixerit, quod furiosus, nec furiosa matrimonium contrahere non possunt, & statim in continenti adiciat, sed si contractum fuerit non separantur, plane intelligendus est de matrimonio contracto ante furorem, verba namque illa, contractum fuerit, sunt præteriti temporis: priora autem illa, neq; furiosus, nec furiosa, sunt futuri temporis.

Vnde aduersaria illa, sed si, aduersatur in iure, & in facto, prout est de sui natura l. sed est lege in princ. ff. de petit. hered. l. 1. in princ. l. 2. S. O filius ff. de quis est, & c. la. in auth. quod locum. C. de collation. Gabriel conf. 10. n. 2. 2. Ruin. confil. 11. nu. 8. lib. 2. Octavianus Vulpes de præpositione, aduers. & conjunct. signifi. in dictione, sed: & ita tex. in d. c. neq; furiosus intelligunt communiter DD. ne sit contrarius d. cap. dilectus.

Si tamen mulier contrahat matrimonium cum furioso, & postea cum ipse reuerfus est ad sanam mentem denuo contrahat matrimonium, cum existente iam in sana mente, tenebit hoc matrimonium ex nunc, ex nouo vtriusque consensu legitimum, non vero ex tunc, vt tenet glo. in d. c. dilectus, verb. furore, in fine, quam sequuntur ibi communiter DD. eamque magis communem proficitur Ioan. Orosc. in l. parte furiosus, nu. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. est que probata d. Regia c. in fine tit. 2. part. 4. ibi, Pero si alguno fuesse loco a las vezes, e despues tornasse a su acuerdo, si en aquella sazón, que fuesse en su memoria confintiese el casamiento, o aldría.

Vnde falsum esse censemus, quod Hostiens. & Abbas n. 4. in d. c. dilectus, asseruerant: nempe matrimonium contractum a furioso, validari per tacitum consensum ipsius postquam ad sanam mentem redierit, nempe per copulam, vel mutuum cohabitationem, nam cum ex tali matrimonio a principio non fuerit ortus consensus, vt inquit tex. in d. c. dilectus, & matrimonium asseritum fuerit ipso iure nullum, sola copula, nec tamen mutua cohabitatione ma-

trimonium efficere non potest, vt clare constat, & probatur ex textu iuncto eius communis intellectus in capis, per tuas, & in c. fin. de condit. appoin. nuptias enim non cubitus, sed consensus facit, vt in reg. juris vulgari.

Nunc, que dicta sunt de furioso, vt matrimonium contrahere non possit durante furore, & quod de facto contractum sit nullum, ampliatur, vt procedat etiam in mente capto, nempe, vt matrimonium ab eo contractum sit nullum, & equiparatur namq; furioso, l. secunda, & ibi Bald. C. de curat. furios. tex. in cap. finit, iuncta glo. verbo extra mentem de regular. docet late Nau. in c. si quando de rescriptis exceptione 10. n. 5.

Et quia mente captus non potest contrahere secundo Ioan. Fabrum in §. furiosus de inutil. stipul. & ibi Angel. n. tertio, qui legitimum tex. in §. mutum, iustum tituli: sequitur Gregor. Lopez in l. 4. titulo 11. glo. 1. partia quinta, & bene probat Anton. Gomez secundo tomo v. refol. cap. 12. de restitutione minorum, n. 28. & nos confil. 14. nu. quinto, vbi quod nec etiam potest testari mente captus, secundum Decium, Rodericum Suarez, Ant. Gom. & Gregorium Lopez, quos ibi citauimus, & quod furiosus, mente captus, seu phreneticus non possit testari, nec contractum facere probat l. furiosum C. qui testantur, facer. post. vbi lat. & communiter Scripti id notant, tex. in l. in negotiis contrahendis ff. de reg. jur. vbi Decius, & Cagnol. plura adducunt, est communis secundum D. Molin. lib. 2. de Hispan. primogenij c. 9. n. 28. l. 1. tit. 12. partia 6.

Similiter mente captus donare non potest, vt probat Petr. Rebut. in secido tam. ad Regias constitutiones Gallicas, in tract. de donat. & alij disp. vto & administrator facti. reprobatur glo. 9. num. 14. pagina mibi 364, & nos d. confil. 14. num. 6.

Vnde merito, quod mente captus matrimonium valide contrahere non possit, vt docet Couarr. in quarto Decretal. secunda parte c. 2. n. 8. Greg. Lopez in l. 6. titulo 2. partia 4. in glo. el que fuesse, Enriquez lib. 1. de matrim. c. 4. nu. 3. Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 8. n. 15. vbi cum Socin. confil. 47. col. 3. vers. C. ap. secundam difficultatem vbi 3. & Greg. Lopez vbi supra hoc bene intelligit de mente capto, qui omnino rationis vsu destituitur: secus si non careat omnino intellectu, quem vulgo, tonfo, o attendantado appellamus, quia is deliberationem sufficientem habet ad mortaliter delinquendum: idem tradunt Socin. & Greg. Lopez vbi supra, de ebrio, qui omnino caret ratione, de quo per Enriquez, & Card. Florentina. in d. c. dilectus de sponsal. & probauimus post Couar. & alios, quos in idem citauimus lib. 2. Canonic. quest. c. 4. n. 107. & 112. & Thom. Sanchez d. disp. 8. num. 19.

Quæ autem negatiue suprascripta sunt de furioso, & mente capto, intelligenda sunt de eo, qui perpetuo morbo præd. laboraret, nam si dilucido interuallo gauderet, postea eo tempore sponsalia, & matrimonium contrahere, vt constat ex l. Diuus ff. de offi. presid. & tenet glo. in d. cap. neque furiosus in princ. 32. q. 7. & in d. c. dilectus verb. furore, & ibi Ioan. And. num. 3. Henric. 1. Alex. de Neuo num. 16. Præposit. num. 1. D. Couar. d. c. 2. num. 5. & ceteri communiter Canonistæ, & ex Theologis hoc idem docet D. Thom. in 4. distict. 34. quest. 2. artic. 4. vbi Ric. art. 4. q. 1. Dim. Bonauent. art. 3. q. 10. Soto q. vnic. art. 4. conclus. 1. & reliqui, quos sequitur Sanchez vbi supra num. 16.

In dubio autem in hac specie, nempe cum furiosus dilucida habet interualla, si dubitetur, in actus tempore furoris, aut sane mentis gestus fuerit, præsumitur rationis vsus, vt actus potius valeat, quam pereat, teste Henric. lib. 11. de matrim. c. 4. n. 3. & ante eum idem probatur plures, quos refert Masc. de probat. secundo tom. conclusiones 825. n. 11. & 12.

Sed hæc sententia vera non est, nec tenenda: cum enim furoris morbus snape natura, perpetuus infanibilis, & desperatus sit, præsumitur durare omnitempore, & illa dilucida interualla sunt per accidens, ideoq; minime præsumuntur. argumento l. si vero §. qui proci qualitate, ff. qui fatuad. cogantur, ita in proposito multis citatis probat, & tenet Præposit. in d. c. dilectus num. 2. de sponsal. D. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 9. num. 30. & Menoch. plurimos referens lib. 6. præsuppositione 45. n. 68. Anton. Gama de c. Lusitan. 10. o. in primo tom. Molin. Theolog. de Iustitia, & Iure primo tom. disputatione 136. folio mibi 735. & Sanchez d. lib. 1. disp. 8. n. 17. vers. tandem, & vltra eos plures alij citati per Mascard. vbi supra num. 10.

Quod procedit, & verum est, nisi ex actus qualitate, qui ita bene gestus est, vt ostendat non factum esse a demente, præsumatur gestum esse tempore sane mentis, vt cum alijs probat Couar. d. c. 2. n. 7. & Menoch. de præsuppositione 45. num. 66. Matienço in rubricat. a. lib. 5. noue collect. reg. glo. prima numero 67. & plures referens Mascard. vbi supra num. 13. cum sequentibus, & Sanchez. etiam vbi supra, addens, quod similiter præsumitur furiosus, quoad actus, qui paulo post furoris tempus aguntur, non autem quoad illos, qui longo interuallo distant, secundum Couar. vbi supra numero 5. & Menoch. de præsuppositione 45. numero 69. & Ludou. Lopez, quem ibi citat Sanchez.

Tandem ibidem ipse numero 18. obseruat, quod quamuis habitu furiosus, si interualli dilucidi tempore ducat uxorem, valide contrahat, peccat tamen contrahendo, quia idoneus non citat prolem educandam, nisi per alios conjunctas personas educationi satis consuluerit.

Quod si non constat, eum de quo agitur, antea esse furiosum, non præsumitur furiosus, sed sane mentis, ex l. C. qui testantur, facere poss. l. non codicillos C. de codicil. natura namque homines sanæ mentis producit, quare asserenti aliquem insanum esse, aduersatur præsuppositioni, quæ a natura ipsa descendit, ita docent cum alijs Couarruias vbi supra numero 5. ad fin. & Menoch. d. lib. 6. præsuppositione 45. num. 18. & Thomas Sanchez vbi supra numero 17. vbi aduertit iudicari sanæ mentis, vt valide contrahat sponsalia, quando eam deliberationem habet, quæ in materia graui sufficeret ad culpam mortalem, vt de confessione testamenti docet Molina Theolog. 1. tom. de Iustitia, & Iure disputatione 136. folio mibi 735. quia vt est predictum ea deliberatio sufficit ad sponsalia ipsorum que valent.

Si tamen constet, aliquem dementia affectum fuisse, nec probetur conuetsisse habere dilucida interualla, præsumitur adhuc furiosus, vt cum communi resoluit Couarrui, vbi supra numero 6. vers. e quibus, & communem atque receptam, plures allegans contra alios, eam affirmat Mascard. vbi supra num. 5. & 6. & Menoch. vbi supra n. 49. & confil. 32. num. 220. lib. 1. & Sanchez. vbi supra d. num. 17. in vers. quando autem constat, vbi hoc inquit procedere, si probatum fuerit furiosum durasse quodam continuo tempore, vt anno, vel mense: secus si probetur in aliquibus acerbis furiosum fuisse: non enim præsumitur tunc perhibere furorem, secundum Couarr. vbi supra num. 6. vers. procedit tamen, Mascard. plures allegans vbi supra num. 7. & 8. & Menoch. d. præsuppositione 45. num. 62. & Ludouic. Lopez in secunda parte Instructorij, in materia de matrimonio cap. 39. folio 1507. qui post Couarr. vbi supra asserit non præsumi durare furorem, vbi peritorum testimonio probatur ex accidenti quod jam cessauit contigisse, alias tres limitationes assignat Mascard. vbi supra numero 17. cum sequentibus.

Si demens, aut omnino ebrius tempore sanæ mentis voluntatem habuerit contrahendi sponsalia, aut matrimonium, eamque tempore demencie, aut ebrietatis exequantur nihil faciunt, quia tempore debito, & requisito, hoc est contractus, defuit sana mens, quod ex alijs fundamentis probat late Ledesma in secunda in partem quartæ, questione 60. articulo 3. Alphonf. à Vera cruce in suo Specul. conjugor. prima parte, articulo 41. conclusionem 5. Petrus de Ledesma. de matrimonio questione 58. articulo 3. dubio 1. Matien. in rubrica tituli primi, lib. 5. noue collect. Reg. glo. 1. num. 208. quos sequitur Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio, disputatione 3. num. 20.

CAPITVLVM IX.

De promissione contrahendi matrimonium vnus contrahentis vera, & alterius ficta: de que matrimonio sic contracto.

SUMMARIUM.

- 1 Promissio sponsalium quando sit animo promittendi, non tamen se obligandi, an vera sint sponsalia, & in foro conscientie obligent? & quid in promissione matrimonij iuramento stabilita? n. 2. & quid in dubio n. 3.
- 2 Vnus castitatem simulque religionem, incertus tamen de intentione, an absoluta, an potius casu, quo ingrederetur religionem, tenetur dum dubitat de intentione reputare se ad castitatem obligatum, quamuis non admittatur ad religionem?
- 3 Matrimonium sicte contrahens per verba de presenti, vel contrahere promittens absq; animo, & intentione se obligandi, an teneatur in conscientia, vere consensere? & numeris sequentibus, vbi affirmatiua pars eliguntur cum suis ampliationibus, & limitationibus?
- 4 Fictæ contrahens, quoties tenetur vere consensere, an sit absolueudus, quosque vere consensere, vel contrahat, necne?
- 5 Matrimonium secundum vere contractum post primum sicte celebratum, quod inualidum est ex defectu consensu, validum sit, necne?
- 6 Mulier post contractum matrimonium, an teneatur credere matrimonio dicenti se sicte consensisse, remisiue?

Quando promissio sponsalium sit animo promittendi, non tamen se obligandi vera sunt sponsalia, & in foro conscientie etiam obligant: factis namque est, causam esse volitam, nequit enim hic promittens laqueum iniicere, qui illaqueetur, vt in sicjurante, vel vouente recte probauit Dominicus à Soto lib. 7. de Iustitia, & Iure questione 1. articulo secundo, in vers. sed quid si, & in vers. tertio eodemque membro: estque communis sententia omnium Theologorum nostri temporis, vt affirmat, eam bene probans Magister Aragon de Iustitia & Iure q. 8. art. 1. pag. 969. vers. contrarium, & nos eam sequuti sumus aduersus alteram communem Canonistarum, & Scoti sententiam lib. 2. canonic. questionum. c. 22. num. 31. & Ludouic. Lopez dicens idem docuisse Pennam in 1. parte Instructorij c. 42. s. secundum Sor. & c. 43. Squamuis votum, Manuel Rodrig. in summa 2. tom. cap. 92. num. 7.

Ergo idem dicendum est in simili promissione sponsalium, vt nuncupatum docet Petrus de Ledesma de matrimo. questione 34. articulo 1. dubio 2. quam sententiam vere esse cenleo, & tenendam, quamuis contrariam in vtroque teneat cum alijs Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 9. numero 5. vbi numero 6. agit an sint vera

Sponsalia, quando non fuit animus obligandi se ad solum veniale.

2. Precedens communis sententia, de qua in principio huius c. à nobis probata procedit etiam & à fortiori in promissione matrimonij iuramento stabilita, obligat namque, veraque sponsalia constituit quando adest animus iurandi, licet expresse non se obligandi, vt in simili promissione iurata tenent, & probant Caiet. in 2.2. q. 89. articulo 7. ad quartum, Soc. lib. 3. de iustitia, & iure questione 1. articulo septimo, ad quartum, in versat. vero profecto, D. Couarru. de pactis in 6. prima parte §. quinto, numero 2. & nos cum alijs lib. 2. canonic. questionum cap. 22. numero 31. Ludovic. Lopez in prima parte Instructor. cap. 42. §. secundum Sotum, & Manuel. Rodrig. in primo tomo sua summa, in secunda editione cap. 192. num. 4. & secundo tomo, cap. 92. nu. 7. Aragón. de iustitia, & iure in 2.2. questione 89. articulo 7. §. quarta conclusio, pagina 103. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 1. 3. numero secundo, comment. litera Z. quamuis in voto tenet contrarium, sed primum est tutius secundum Tabien. verbo iurare questione 11. quamuis Thom. Sanch. d. disputacione 9. numero 9. lib. 1. tenet verius esse non obligare ex vi iuramenti, aut promissionis, nec esse sponsalia, vt ibi nititur probare cum alijs.

3. In dubio autem, qui certus est promississe cum iuramento, non tamen certus est an animus se obligandi habuerit, tenetur fidem seruare; vt in coactio cum iuramento promittere in indubio, animi se obligandi habuerit, necne? quod tenetur obligacionem seruare docet Felin. in cap. si vero numero 8. vers. quarto declarat. de iur. iurand. & nos vbi supra d. num. 20. Nauar. lib. 3. consil. in prima editione, titulo 34. de voto consil. 4. in fine.

4. Ubi ait, vouentem castitatem, simulque religionem, incertum tamen de intentione an absoluta, an potius casti. quo ingrederetur religionem, teneri dum dabitur de intentione, reputare se obligatum ad castitatem, licet non admittatur ad religionem, quin est certus de voto, dubius tamen de intentione, & Cordus in summa, de casus de conscientia, questione 147. vbi tenet in dubio, an votum obliget, esse necessariò petendam dispensationem, & Diuus Antonin. in secunda parte sue summe titulo 1. cap. 2. in princip. in vers. nota 6. dicens tutius esse implere in dubio animi se obligandi, & hanc partem latissime probat, & sequitur Thom. Sanch. d. disputacione 9. numero 13. per totum lib. 1. secus erit in dubitante, an sponsalia contraxerit, aliamve promissionem emisit? tunc namq. si sufficienti adhibita diligentia, adhuc manet dubius, vtrum matrimonium contrahere promiserit, aliamve promissionem, vel votum emisit. minime tenetur, vt late probat Sanchez vbi supra numero 11. vbi plures ita tenentes allegat, & verum esse intelligit: vbi dubitat, secus si opinetur, se vouisse, ita, vt oppositum non opinetur probabiliter, quia tunc tenebitur, quia habet assensum: arbitrarij voluisse dicere, quando magis, & rectius se inclinat in partem affirmatiuam, quam negatiuam, nam si pro vtraque parte (vt inquit) opinemur probabilem haberet, licet et quancunque amplecti.

5. Quod si quis sicte contrahat matrimonium per verba de presenti, vel contrahere promittat, absque animo, & voluntate se obligandi, non videtur teneri vere consentire, & de nouo contrahere, vt in terminis hoc probat, & tenet Ledesma in secundam a. questione 47. articulo 4. & esse probabilem aperte tenet Victoria in summa de matrimonio num. 252. & alij moderni secundum alterum Ledesma, de matrimonio questione 45. articulo 4. dubio primo, in hac difficultate in fine, & in hoc conueniunt omnes, nempe,

vt ratione d. sicte promissionis non teneatur, vere consentire secundo, eundem Petrum de Ledesma in sua summa de sacramento matrimonij folio 34. columna 1. in vers. L'eterra a difficultat: ibi, digelo primoro.

Nihilominus tamen contraria sententia verior est, & magis tenenda, nempe vt huiusmodi sicte contrahens matrimonium teneatur vere consentire, quia hic adest contractus vtrinque obligatorius, do, vt des, alter jam impleuit trahendo potestatem sui corporis, per verum matrimonium, ergo fictor tenetur vere implere. Secundo, quia si aliud diceremus, sequeretur alteri grauissimum damnum, quia cum in foro Ecclesie probare nequeat fictum alterius consensum, non permitteret ei aliud inire matrimonium, coegeturque continere viuere, Tertio ratione fraudis, doli, & deceptionis alterius partis, quæ vere consensit filius promissionis externa decipientis interne. Quarto, quia ex priorum opinione negatiua multa alia inconuenientia sequerentur, maximeque confusio, & turbatio quietis reipub. introderetur, assentibus pluribus quotidie, se animum contrahendi interius non habuisse; denique quia illuso fieret contractus matrimonij: quibus rationibus attentis, merito quod hic sicte promittens, vel sicte contrahens matrimonium, teneatur vere consentire, & de nouo contrahere matrimonium: hanc sententiam videtur tenere Sanctus Thomas in 4. distinctione 27. questione prima, articulo secundo, dum ait, hunc fictum contrahentem puniri in foro Ecclesie, & in foro poenitentia: ergo cum in foro Ecclesie sit certum, cogendum esse stare illi matrimonio, non consilio de animo ficto, quo asserit fuisse contractum, videtur Diuus Thomas sentire, idem esse in foro conscientie: & expresse hanc sententiam in terminis tenet Scot. in quarto, distinctione 30. questione 1. in vers. Respondeo, stante illo dolo, &c. Major in 4. distinctione 27. questione 1. Adrian. in 4. question. 2. de matrimonio, ad secundum, Sot. in 4. distinctione 27. questione 1. articulo tertio, in vers. alia precipua: Petrus de Soto dicens esse indubitatum lecti. 3. de matrimonio §. primum igitur, Nauar. in summa cap. 22. nu. 76. Mechi. in sua summa lib. 1. cap. 16. §. 13. folio 231. columna 2. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 1. nu. 3. Bannez in 2.2. questione 77. articulo 3. dubio 1. ad secundam confirmationem: Petrus de Ledesma de matrimonio questione 54. articulo 4. dubio primo, asserens priorem sententiam esse improbabilem, & in summa de sacramento matrimonij, pagina 34. columna 2. in versiculo, digelo lo secundo, vbi inquit quod in hoc conueniunt omnes DD. & iterum dicit eam esse communem pagina 65. columna prima, & columna sequenti, & hanc sententiam dicit esse verissimam moraliter & regulariter Thomas Sanchez lib. primo de matrimonio disputacione 11. numero quinto, vbi tamen asserit, quod si nullum ex talibus damnis, nec aliud notabile sequeretur, probabiliter reputaret priorem opinio, sed quod raro, aut nunquam definent prædicta damna, & inconuenientia accidere, aut saltem vnum ex eis.

Nunc autem præfata, secunda verior, communis & tenenda sententia aliquibus modis venit amplianda, & limitanda.

Extenditur primo, vt procedat, & vera fit, quamuis femina sicte ducta non sit virgo, quia adhuc damnum grauissimum pareretur, cum contineretur viuere compellatur, ita Sotus, Bannez, Petrus de Ledesma vbi supra, & Sanchez numero 6. vbi limitat, nisi ipsa virum deciperet fingendo, vel dicendo se esse virginem, idem tenet d. disputacione 11. numero 2. & 3. qui d. numero 6. idem dicit esse quando ipsa minime decepta, verum communiter virgo reputatur, & vt talem vir eam ducebat, alias

alias nullo modo eam ducturus, quia tunc sicte contrahens, non teneatur vere contrahere, quia notabile damnum pareretur contrahendo cum corrupta, & notabilis est mutatio inter eam, quam virginem credebat, & inter non vere virginem: item quia hæc est legitima causa dissoluedi sponsalia vera.

Supra dicta tamen limitatio huius primæ extensionis in foro tantum conscientie procedere potest, nam in foro Ecclesie, alio non probato standum est matrimonio: ceterum posterius dictum Thomæ Sanchez modo relatum, quando ipsa mulier virum non decepta, sed communiter virgo reputabatur, & vt talem vir eam ducebat (cum reuera talis non esset) alias eam nullo modo ducturus, vt tunc sicte contrahens non teneatur vere consentire, & contrahere, scrupulo non caret: siquidem in præd. specie ipsa virum non decepta, sed ipse se decepta, & mulier virgo communiter reputabatur, nec teneatur turpitudinem suam detegere, sed que infamare, & præterea nullum notabile damnum pati virum, considerari recte potest, siquidem peccatum illud præcedens vxoris occultissimum fuit, cum communiter virgo tunc temporis existimabatur.

7. Secundo ampliatur præd. doctri. communis, & vera, vt procedat etiam sicte contrahens minime copulam habuerit, adhuc enim tenetur vere consentire, & contrahere: ita tenet Sotus vbi supra & Petr. de Ledesma d. art. 4. dubio 1. conclus. 1. in 4. probatione, & cum eis Sanchez, d. disputacione 11. numero 7.

Tertio extenditur præfata communis sententia secundum Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 19. folio 1297. vt procedat, etiam si contrahens disparis conditionis sint, quia adhuc fictor tenetur vere contrahere.

Contrarium tamen verius plerique censent, quia est maxima in contractu æqualitas, vnde satisfaciatur alio modo refarciendo injuriam: sic probant Summa Rosela verb. matrimonium 4. numero 2. Angel. in summa verbo matrimonium 2. numero 15. Syluester verbo matrimonium 4. questione 8. Sotus in quarto, distinctione 27. questione 1. artic. 3. vers. alia precipua, Nauar. in Manual. cap. 22. numero 76. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 1. numero 3. Petrus de Ledesma de matrimonio, questione 45. articulo 4. dubio 1. conclusio 2. & Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio, d. disputacione 11. num. 8.

Sed adhuc pro suprad. ampl. tertiam facere videtur quod eadem ratio doli, lætionis, scandali, & aliorum inconuenientium in hac specie, quæ inter pares concurrere videtur, imparitas namque status & conditionis contrahentium nihil impedit, quominus matrimonium contrahi possit: at si dicas hoc procedere, quando vere, & non sicte matrimonium contrahitur, idem tamen videtur dicendum, ratione doli, & deceptionis: nihilominus tamen probo opin. negatiuam contra ampliationem, tum quia in specie promissa, ipsa femina se decepta consentiendo vere, longe superiori, eique credendo leuiter absque sufficienti fundamento: tum etiam, propter auctoritatem Doctorum tenentium hanc partem, quæ summa est, & communiter recepta hæc opinio dici potest, vnde merito procedit, siue femina disparitatem notit siue ignorauerit, tenebatur namque viri conditionem inuestigare, & scire, sicut communiter omnes contrahentes matrimonium hoc exquirunt, & perscrutantur, & paria sunt scire, vel scire debere, l. quod te mihi ff. si cert. peti. præterquam, quod tam magna disparitas non potest probabiliter ignorari, vt in specie obseruat Sanchez vbi supra, & in sponsalibus loquens, idem

Sanchez d. lib. 1. disputacione 10. numero 21. qui d. lib. primo, disputacione 11. numer. 8. id credit, quoties contrahens manifesta sicte consensu indicia præbuit, quia tunc ipsa femina se decepta, sicque potius hæc erit limitatio ad prædictam communem sententiam.

Quanta autem debeat esse hæc disparitas arbitrio prudentis viri relinquatur, qui eam esse disparitatem iudicet, vt merito femina se decipi credere debuerit, vt recte censuit Angel. in summa verbo suprad. numero primo, Nauar. in summa cap. 22. numero 76. vel melius, si vir nobilis sit, femina autem agricolæ filia; secundum Diuum Antoninum in sua summa secunda parte, titulo quinto cap. sexto, §. primo, Nauar. cap. 16. numero 18. Cordub. lib. primo sui Questionary, questione 13. dicto secundo, Capu. libr. secundo, decis. 78. numero sexto, Manuel Rodriguez in primo tomo sua summa, in secunda editione, cap. 208. numero octauo, quos sequitur Thom. Sanchez dicta disputacione 10. numero 18. lib. primo, de matrimonio, vbi idem recte probat, quamuis in genere pares sint, licet notabiliter diuities sint impares, secundum Nauar. in summa Latina c. 16. numer. 18. Alphonsum à Veracruce in tertia parte Specul. conjug. articulo 19. conclusio 3. & alios, quos ibi quoque citat, vnde non requiritur tam grandis disparitas, de qua per Petrum de Ledesma de matrimonio, questione 45. articulo quarto, dubio 1. conclusio 2. dum exemplum fingit de foemina agricolæ, vel fabri filia, & viro filio Comitibus contrahentibus matrimonium, aut sponsalia.

Secundo limitatur præfata communis sententia affirmatiua de sicte contrahente matrimonio, quod tenetur vere consentire, & de nouo contrahere, vt non procedat, quando pessimi exitus probabiliter timerentur ex vero consensu præstando, vt recte asseruit Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 1. numero 3. Petr. de Ledesma d. articulo quarto, dubio primo, conclusio secunda. Sequitur Thomas Sanchez d. lib. primo, disputacione 11. numero 9. vbi idem credit, quando grauissimum scandalum timeretur, vt in sponsalibus hoc idem probat disputacione præcedenti, nempe 10. num. 9.

Obseruant tamen in materia Enriquez vbi supra d. numero 3. & Petrus de Ledesma etiam vbi supra d. dubio primo conclus. 1. in fine, & Bartholom. à Ledesma dubio 19. de matrimonio, quod quoties sicte contrahens tenetur vere contrahere, non est absoluedus, donec vere contrahat, quamuis se contracturum proponat, quia attentis circumstantijs, reique grauitate iste penitens, maxime est expostus periculo persistendi in deceptione, sed hoc sic simpliciter, & indistincte dictum rigidissimum est, vnde rectius Thomas Sanch. d. disputacione 11. lib. 1. numero 20. temperandum credit, quando ea contradictionis signa præberet penitens, vt merito, ac iure optimo persuadeat sibi confessarij, illum statim contracturum, vt de eo, qui iustus est restitueret in alijs confessionibus nondum tamen restituit, asserunt communiter DD. iuxta hanc moderationem intelligendus est Petrus de Ledesma in summa de matrimonio, pag. 61. ibi, de lo qual, dum dicit que esse tal no le han de absoluer sino tiene proposito de casarse veradesamente con la tal muger.

Dubium tamen optimum, & grande est in proposito, an secundum matrimonium vere contractum, post primum sicte celebratum, quod inualidum est ex defectu consensu, validum sit, necne? Hosten. namque in c. is qui fidem prope finem: de sponsal. cenfer hoc secundum matrimonium irritum esse, & Ioan. Andr. ibidem num. 4. Anchar. m. 5. & videtur censere esse probabile Anton. de Burrio ibi, num. 3. & Præ-

posi num. 3. in fine: argumento tex. in d. c. n. qui fidem. ibi, licet præsumptum primunt matrimonium videatur, contra præsumptionem tamen huiusmodi non est probatio admittenda ex quo sequitur, quod neq; verum, nec aliquid censetur matrimonium, quod de facto est postmodum subsequutum. Quamuis præfati vltimo citati Authores postea dicant oppositam sententiam esse turorem, nempe, quod postea matrimonium sit validum: imo hæc secunda opinio est verior, communis, & tenenda, quia non reperitur tex. statuens matrimonium posterius verum, dirimi per prius fictum: neque obstat tex. in d. cap. is qui fidem, quia secundum Abbatem ibi, & bene tex. ille non disponit, secundum matrimonium esse irritum, sed illatiue loquitur, si primum matrimonium, quod de jure præsumitur, verum sit, secundum esse nullum: quare si prius sit irritum, prout est ficto contractum, cessabit illatio, & secundum vere contractum erit legitimum. Præterea in specie cap. qui fidem, in matrimonio illo præsumpto ab Ecclesia non deficit consensus verus, quoniam Ecclesia iuste illum præsumit, ex copula sublequata post sponsalia de futuro præcedentia vere contracta ad evitandum peccatum, & animum fornicarium: ac in nostro casu in primo matrimonio defecit verus consensus cum ficto contractum fuerit: unde merito, quod diuersum constituitur in eo: ideo recte hanc partem probavit D. Tho. in 4. distict. 27. q. 1. art. 2. quæstionibus 4. ad primum. Paludan. Sotus, Adrian, & quam plurimialij Theologi, & Iuriste in vnum congesi per Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disput. n. num. 1. ex quibus constat hanc esse proculdubio verioris & communem sententiam, & omnino tenendam: quam intelligo procedere quo ad forum conscientie tantum, quoties fictio consensus prioris matrimonij omnino occulta fuit, & non apparens vilo modo, secus tamen erit in hac eadem specie in foro Ecclesiæ, quia Ecclesiæ non iudicat de occultis, & ideo ipsa pro primo matrimonio, quod verum vndequeque præsumit, & censet, pro eo iudicabit: imo puniet contrahentem secundum matrimonium, vius prima vxore, pro tali in suo foro reputata: ceterum si iudice consisterit de fictione prioris matrimonij, secundum pro valido iudicabit, primo annullato, & pro tali declarato: & tunc fictor vtroq; iure poena stupri erit puniendus, vt sequenti capite dicemus.

13 An autem mulier post contractum matrimonium teneatur credere marito dicenti ficto consensisse, agit Petr. de Ledesma in sum. de sacramento matrimon. pag. 68. col. 2. versiculo, la vltima, vbi columna præcedenti ad fi. querit, quod remedium habeat ficto primum contrahens matrimonium, & secundum vere, qui est videndus.

CAPITULUM X.

De contrahente falso matrimonium cum femina, vt ab ea copulam extorqueat.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium falso contrahens cum muliere, vt ab ea copulam extorqueat, ad quid teneatur? & numeris sequentibus, & ipsa seducta tute contrahet matrimonium cum alio, si probabilibus coniecturis persuaderi possit, in viro consentiam conjugalem desuisse, vt in n. 2. & num. 3. casus hic in simili in praxi contingens refertur, & nu. 4. ampliat, quod fuit dictum num. 1. & nu. 5. cum sequentibus: limitatur aliquibus modis vt quæ ad numerum 9. inclusiue & num. 10. ad quid teneatur vir in specie de qua d. num. 1.
- 11 Promittens femine se eam ducturum quam putabat

virginem esse, an teneatur hoc adimplere, si ipsa virgo non erat, etiam si firmiter ameno firmasset suam promissionem?

- 2 Promittens ficto matrimonio famina eamque deslorans ad quid teneatur si promissionem suam adimplere non possit, quia sacris iuraturus est, vel alteri matrimonio copulatur?
- 3 Promittens ficto matrimonio puella, & volens eam sic deceptam ducere, parentes autem id renuant, ad quid teneatur?
- 4 Fictus promissor in casu, quo teneatur virginem a se corruptam ducere, & aliam iniuste duxerit, viduus factus teneatur ad prius matrimonium.
- 5 Fictus promittens se desponsaturum femina, & sub ea spe ipsam deslorans, quando ipse vir est notabiliter dignioris conditionis, vel alia indicia præbuit facti consensus, ex quibus femina facile potest præsumere dolum an teneatur ei aliquid restituere? supposito, quod eam ducere præcisè minime teneatur, & numeris sequentibus.
- 7 Disparitas nota liberat à ditione dotis in matrimonium: non tamen à restitutione præcisè, & satisfactio prudentis arbitrio, vt in num. 15.
- 9 Fictus promittens matrimonium corrupte paris conditionis consensu corripionis, ad quid teneatur?
- 20 Fictus promissor, quando immuni est ab obligatione ducendi in vxorem mulierem ex causa notabiliter inæqualitatis, & an siniterogetur à iudice si prauis sit, poterit illi negare?
- 21 Interrogatus à iudice, num mutuo acceperit numos? quos re vera in non debet, potest negare cum iuramento, se non recepisse negando interrogacionem, prout in ipsa continetur.
- 22 Clericus à custodiis interrogatur, num aliqua potest, vt gabellam soluere compellatur? potest negare interrogacionem, prout in ipsa continetur.
- 23 Rogatus ab vrbis custodibus, num veniat ex tali loco quem falso putant peste infectum esse, potest jurare ex eo se non venire, intelligendo ex eo peste infecto.
- 24 Promittens vere matrimonium, non teneatur scribere fidem ob aliquam causam, vt quia altera fornicata est, & c. vt hic.

QUANDO quis vt à femina carnale commercium consequatur, verbis ficto, non tamen animo matrimonium contrahit, ac semper animo, & affectu fornicario eam cognouerit, ita vt effectum matrimonium non sit, dubitari continget, ad quid teneatur in foro conscientie, hoc est, querere, an ficto promittens matrimonium, & sub ea spe deslorans virginem, teneatur eam vere ducere in vxorem, & præcisè non teneri: sed satis esse ducere, vel dorem continere, videtur tenere D. Antonin. in tertia parte sue summa tit. 1. cap. 19. in princip. & supplement. Gabriel. in 4. distict. 28. quæst. 1. art. 2. conclus. 1. Bartholom. à Ledesma de matrimonio quæst. 19. folio 1296. quod censent probabile alij Theologi Neoterici, secundum Petrum à Ledesma statim citandum.

Sed vera, & communis sententia est, hunc seductorem debere cum ista matrona verum contrahere sub poena peccati mortalis, si nondum aliam vxorem duxerit: si vero aliam duxit, teneatur ei restituere damnum quod stupro intulit: vnde consequens est, vt iure Canonico, & Ciuili poena stupri suspendiendus, iuxta cap. 1. & 2. de adulter. ita tenet D. Thom. in 4. distict. 28. art. 2. ad quartum, Syluester in summa verbo matrimonium 4. quæst. 8. idem comprobatur dicens esse communiter receptum Adrian. in 4. tractatu de matrimonio, quæst. 2. vers. dico igitur ad quæsitum, D. Couar. in 4. de sponsalibus 2. parte cap. 2. §. vlt. num. 4.

Vbi

2 Vbi etiam quod ipsa seducta, tute cum alio contraher matrimonium, si coniecturis probabilibus persuaderi possit, in viro consentium conjugale desuisse, secund. Adrian. in 4. quæst. 2. & Syluest. quæst. 9. hasque coniecturas tribuere, dispar genus, vel diuitiarum, itatue conditionem parem, & opin. supra dictam D. Thom. principalem, comunem appellat Dominicus à Soto in 4. distictioe 27. art. 3. q. 1. vers. alia præcipua, pagina mibi 110. & Angles in Floribus Theologicis, quæstionum in quæst. de essentia matrim. pag. 368. in conclusione fictus, Sec. Ricard. in 4. distict. 28. art. 1. quæst. 3. in fine, Palud. quæst. 1. articulo 2. conclusione 4. & 5. num. 14. & sequenti, D. Antonin. in 2. parte sue summe tit. 5. cap. 6. §. 1. Rolél. verbo matrimonium 4. nu. 2. Angel. verbo stuprum num. 1. Syluest. verbo luxuria quæst. 5. Tabien. verbo restitutio quæst. 22. nu. 2. 3. Armil. ibi nu. 2. Victoria de matrimonio, num. 365. Nauar. in Manual. cap. 18. num. 18. Ledesma in secundam partem quartæ, quæst. 18. art. 2. ante dubium 2. fol. 241. col. 1. Veracrus in 3. parte Specul. conjug. art. 19. conclus. 5. Cordon. in sua summa de casis de conscientia, quæst. 50. & lib. sui quæstion. quæst. 13. dicto 2. Enriquez lib. 1. de matrim. cap. 11. n. 2. Beyer in sua summa, casu 18. Ludou. Lopez in 1. parte Instruorij cap. 76. fol. 189. col. 1. in 2. editione, & in 2. parte in materia de matrim. fol. 1035. columna 2. Salon de usq. & Turan. 2. 2. q. 67. art. 2. controuers. 5. in fin. Emanuel Rodrig. in 2. parte summe in 2. editione cap. 208. numero 8. Vega lib. 2. sue summe casu 239. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 3. dubio 1. ad confirmacionem tertij & iterum in summa de matrimonio, pag. 67. col. 1. & 2. Capua lib. 2. decis. 78. num. 3. & ante eos Enric. in cap. ex parte numer. 5. de sponsal. & post D. Spin. in suo specul. testam. gloss. 5. princip. num. 73. quos refert & sequitur Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 10. numero 3.

3 Et hunc casum jam habui in praxi, occulte namque sui consilium simul cum alio viro graui Theologo à quadam nobili femina nupta jam dia, ingenue fatente, se nunquam vere consensisse in matrimonium, quo erat ligata in foro Ecclesiæ, sed ficto timore parentum, exsulit quæ à nobis remedium, cõperens pro saluatione animæ suæ. Respondimusque, eam teneri verum consensum de nouo præstare, sequi conformare cum moribus viri, & vitam conjugalem, Domino adiunxerit facere; ad quod persiciendum, ne scandalum oriretur, consulumus, vt ab Ordinario Ecclesiastico, nominibus minime expressis, licentiam de nouo contrahendi vere absque monitionibus, secreto tamen impetraret, sicque factum fuit, atque exequutum, & quamuis hic casus à nostro, de quo hic egimus, diuersus sit, nihilominus tamen cum adduximus, quia notabilis est, & potest in posterum iterum, atque iterum contingere, vt sciat viri remedium.

4 Nunc autem obseruamus præd. communem sententiam, de qua in hoc cap. supra egimus procedere quamuis non intercesserit mutua promissio, sed vir ficto promiserit femine matrimonium, si se deslorandam ei traderet, cui promissioni virgo inuitens tradidit corpus, quia effectus est contractus, facio, vt facias, & virgo jam impleuit, ergo & vir etiam implere tenetur: ita DD. supra citati indistincte loquuntur de promissione, & in specie tenet Thom. Sanchez vbi supra num. 9. quamuis solus Emanuel Rodrig. vbi supra num. 9. aliquantulum trepidet, appellans hoc magis probabile, & pium.

5 Primo limitatur procedens communis sententia, de qua in principio huius cap. non procedere quando vir notabiliter excedit, tunc enim femina huius excessus conscia, non potest allegare se deceptam esse: debuit enim scire, virum adeo disparem,

fictæ sibi polliceri matrimonium, ita tenent quam plures ex supra citatis, præcipue D. Anton. Syluest. Tabien. Angel. Nauar. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. distict. 10. n. 5. & Petrus de Ledesma in summa de sacramento matrim. pag. 66. in pri. in vers. el segundo. & pag. 67. per totam.

Idemque est, etiam si femina ignorasset conditionem viri, vt diximus cap. præcedent. num. 8. & probat optima ratione Thomas Sanchez vbi supra num. 19. & 21. qui idem tenet, quando deslorata erat conscia inæqualitatis, & excessus viri, sed tamen licet ei promiserit matrimonium, vt vir prudens merito crederet vere promittere, adhuc namque in vitro casu affirmat, & probat esse probabilioris sententiam, cum alijs Doctoribus, non teneri hunc eam ducere, sed ad restitutionem instar vi, vel fraude deslorantis, & hoc contra alteram sententiam etiam probabilem aliorum Doctorum tenentium, teneri eam ducere: qualis autem debeat esse præd. disparitas diximus supra num. 2.

Secundo limitatur præd. communis sententia: vt non procedat, quando femina ex verbis, aut alijs claris coniecturis facile nosse poterat fallacem animum promittentis, tunc enim sibi debet imputare, & voluntarie videtur fraudi consentire: ita D. Tho. & D. Antonin. & alij plures allegati per Sanchez vbi supra n. 7. vbi n. 8. idem probat, quamuis iuramentum fictum sine animo se obligandi intercesserit.

Tertio limitatur, nisi ex eo matrimonio scandalum magnum timeatur probabiliter, tunc enim excusatur ficto promittens, vt diximus capite præcedenti, quare dicendum est, peccatis damnum illatum in hac specie relaxare, vt cum alijs probat Sanchez d. lib. 1. distict. 10. num. 9.

Quarto limitatur, nisi ex eo matrimonio probabiliter malus exitus timeatur, vt si promittens noxiam esse notabiliter sciret, vnde probabiliter pessimus exitus timeatur, secundum Enriquez lib. 1. de matrim. c. 11. num. 2. Manuel Rodriguez 7. tom. sue summa, in 2. editione, c. 208. num. 8. & Thom. Sanch. d. disputatione 10. n. 30. & Petrus de Ledesma pagina 66. vbi supra columna 1. in fine, vbi dicit communem.

Quinto limitatur, si femina decipiat virum dicendo, vel fingendo se esse virginem, quia in iniurijs datur compensatio: imo licet ipsa non deciperet, si promittens ficto matrimonium exultimabat eam virginem, alias non contracturus cum ea, & postea compererit aliter se rem habere, non tenetur eam ducere, vt diximus c. præcedenti, & tenet Petr. Ledesma in summa de sacram. matrimonij pag. 67. ad fi. & p. 67. col. 2. ibi. Verdad es: & probat eam alijs Thom. Sanchez d. disputatione 10. num. 11.

Vbi etiam an teneatur hoc casu vir restituere feminae aliquod ratione copulæ, & ita distinguit in hoc, vt si femina non decepit teneatur secund. Cordubam in summa quæstione 13. dicto 3. Manuel Rodriguez vbi supra num. 8. si vero femina decepit virum fingendo se virginem, ad nihil tunc tenetur, & num. 12. probat hoc procedere, etiam si postquam vir defectum virginitalis nouit, eam carnaliter cognoscat, & num. 13. probat similiter non teneri promissorem feminam ducere, si ipsa deslorata postea cum alio fornicetur, neq; teneri ei damnum restituere aduersus Nauar. si autem ficto promittens virginis tantum haberet cura, ea tactus, non teneretur eam ducere, sed alio modo restituere, vt bene Nauar. lib. 4. conf. 20. de sponsalibus in 2. editione. Secundum Sanchez, d. disputatione 10. num. 14. quia non tanta est iniuria.

Sed si quis nõ ficto sub conditione hac, si sui corporis copiam faceret, feminam ducere promiserit, quæ reputa-

reputat virginem esse, quae talis non esset in conscientia, non teneatur eam ducere, etiam si eam ducendum esse iurasset, quia potest absolute a iuramento petere, sicut in foro exteriori, quia si eam conditionem non expressit, esset compellendus ad eam ducendam & praeterit, si iuramentum adiecit ad spoliatorum confirmationem, nisi grauis exitus, puta vxoricidium ex tali compulsionem timeretur, ut probat in his terminis vtrumque Ludouic. Lopez in 2. parte sui Instruct. conscient. cap. 36. de verbis expriment. sponsal. vel matrim. col. mibi 1036. versic. sed quod.

12 Quando vero sicte promittens, iam non potest feminam à se desloratam cognoscere, quia sacris initiatus est, vel alteri matrimonio copulatus, teneatur illi feminam de nuptiis prouidere, secundum D. Tho. Syluest. Tabien. & Petr. de Ledefm. supra citatos, Sotum in 4. distinctione 27. quest. 1. art. 3. versic. alia praecipua: non tamen teneatur integre dotare, sed eo modo quo teneatur vi, vel fraude deslorans virginem, secundum Sanchez d. disputatione 10. num. 15. lib. 1. vel arbitrio viri discreti, secundum Petr. de Ledefm. d. p. 66. versic. el tercer o, in sum. de sacra. matrim.

13 Si autem fictus promissor vult puellam sic deceptam ducere, & parentes eius nolunt ei ipsam dare, teneatur ei restituere, dorem constituendo, si sequatur Syluest. verb. luxuria, questione 5. in si. Nauar. in sum. cap. 16. num. 18. & Henriquez lib. 1. de matrimonio ca. 11. num. 2. vbi iuncto commento litera L. dicit esse probabile, ad nihil teneri, quando ipsa recusat matrimonium, sed verius mihi videtur cum Thom. Sanchez vbi supra n. 5. vtroque casu ad nihil teneri, quia satisfacti si ad ipsam ducendam paratus sit, quia hoc in corporis pretium spondit, ergo cum per ipsum non flet quominus matrimonium non sequatur, liber est alia obligatione.

14 Quod si fictus promissor in casu quo teneatur desloratam à se virginem ducere, iniuste aliud matrimonium contrahat, & viduus efficiatur nondum restitutione facta teneatur ad prius matrimonium, vt merito probauit Sanchez d. disputatione 10. num. 16. iuncto eo, quod tenet eodem lib. d. disp. 45. num. 5.

15 Verum in proposito, illa quaestio difficilis est, atque valde ambigua reputatur inter DD. an sicte promittens se desloratam feminam, & sub ea spe eam deslorans, quando ipse vir est notabiliter dignioris conditionis, vel alia indicia praebuit ficti consensu, ita, vt femina facile possit praesumere doli, teneatur ei aliquid restituere, supposito quod eam ducere praesice minime teneatur, vt supra in princip. huius cap. cum communi, & vera sententia resoluimus, videtur namque ad nihil teneri, quia in hac specie femina vidit, vel prudenter videre debuit se decipi, propter notabilem disparitatem vel alia fraudis aperta signa, & nulla necessitate coacta in stuprum consensit: ergo libere videtur consensisse, & se ipsa decipit, & intentio decipiendi, solamente, non obligat ad restitutionem, atque ita videtur sentire D. Thom. in 4. distinct. 28. g. vnic. art. 2. ad 4. quem sequitur D. Anton. in tertia parte sua summa c. 1. cap. 19. in princip. & Rosca verb. matrimonium 4. n. 2. Syluest. verb. matrimonium 4. quest. 2. Tabien. verb. restitutio, quest. 22. §. 2. & verb. matrimonium 2. quest. 7. §. 2. vbi quod si quis dolose contraxit, & extorsit copulam à virgine, & cum alia contraxit, teneatur ei satisfacere, & prouidere de nuptiis, nisi fuerit multo melioris conditionis, vel alia euidentis signum fraudis adfuerit, quia tunc non teneatur etiam prouidere de nuptiis, secundum quosdam, quia praesumitur velle decipi, & hoc expresse tenent Angel. verb. stuprum, n. 1. Armilla, verb. restitutio n. 2. Victor. in summa de matrimonio num. 265. Ludouic. Lopez lib. 1. de contract. cap. 5. o. m. solutione

ad 5. fol. 187. Vega lib. 2. sua summa c. 234. & eam dicit probabilem Enriquez lib. 1. de matrim. o. c. 11. num. 2. & hoc credit probabilis Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio disputatione 10. n. 19. ad quem locum se remittit eadem Author d. lib. 1. disputatione 11. num. 5. ad finem.

Ego vero contrariam omnino sententiam, & sic affirmatiuam in hac eadem specie verior, & magis communem, atque receptiorem esse censeo, ac praeterea securiorem, dolo namque deslorat hic homo feminam, & subinde iniustitiam admisit, ergo teneatur ei ad restitutionem, neque obstat quod hac femina vidit, aut prudenter videre debuit se decipi, & sic libere consensisse, seque ipsa decipit, seu decipisse respondemus namque, quod virgo in dubio praesumitur seducta, atque decepta: argumento l. vnic. C. de rapu. virgin. circa fin. vbi quod pœna illius, habet locum, siue volentibus siue nolentibus virginibus illud facinus perpetratur: quia hoc ipsum velle mulieris ab insidijs iniquissimi hominis, qui meditat rapinam, inducitur, nisi enim eam sollicitasset, nisi odiosis artibus circumuenerit, non faceret, illi velle in tantum dedecus fore: idem ergo dicendum est in nostro casu, eo amplius, quod vir eidem promissit, se illam ducendum, quamuis enim huiusmodi femina vidit, aut prudenter videre debuit magnam disparitatem viri contra se, aut alia signa fraudis, adhuc tamē credere potuit, quamuis sub dubio promissionem praed. foro adimplendam, vel ad minus in eius defectum sibi alias esse satis faciendum, & de nuptiis prouidendum, & sic praesumit contra eam non debet omnimoda remissio, nec voluntas libera consentiendi in deceptioe viri, in tam graue praed. iudicium ipsius feminae: saepeque contingere videmus impares praer. libidine & excessiuo amore matrimonio coniungi: non ergo dici potest femina hac absolute, & libere consensisse, sed sub spe matrimonij promissit, aut saltem in eius defectum propter dorem competentem, sibi propter damnum illatum, & in satisfactionem ipsius praestandam: & in foro conscientiae potius est iudicandum, secundum veritatem quam praesumptionem: veritas autem, in proposito est, quod vir voluit decipere, & decipit hanc feminam, eius virginitatem falsis artibus, & vane promissionibus violando: ex parte autem mulieris inducitur praesumptio quaedam fallaxque saepe, quod se voluit decipere, ac ad proinde consentire fraudi viri, ergo potius standum est illi veritati, quam huic praesumptioni contrariae.

Denique pro hac eadem parte affirmatiua, quam defendimus, faciunt à nobis resoluta lib. 1. canonice. questionum cap. 37. num. 23. vbi in illa quaestione, an si quis non seduxerit virginem, sed illa sponte acquirerit, tunc stuprator teneatur eam ducere, vel dotare, iuxta dispositionem ca. 1. & 2. de adulter. distinguimus tres casus. Primus est, qui pro hac nostra, & communi sententia plurimum facit, quando quis virginem dolo, vel fraude vane promissionibus, vel vehementibus persuasionibus, ac importunis precibus eam vitauerit, tunc enim etiam ipsa consentiat, teneatur deslorans in vtroque foro eam ducere, vel dotare: secundus casus est, quando aperte constat, & probatur, quod ipsa mulier se ingessit, & consensit, absque aliquo violentia, dolo, vel persuasione ex parte viri, vt quia ipsa atraxit eum ad concubitum, & tunc ei ad nihilum teneatur: tertius casus est, huic prope similis, nempe, quando femina absque seductione, dolo, fraude, atque sine nimia persuasione vel prece, sed verbis blandis leuiter rogata libere stupro consentit: & tunc merito quod eam iuxta restitutio faciendam non fit, quia adaequatur secundo casui, & non est omnino dissimilis, imo potius

Vires pane similis: accedit etiam lib. 1. n. 19. par. 2. 7. vbi: e no se puede escusar: el que rogare con alguna mujer desflor, que no sea muy gran yerro, maguer, que diga, que lo hizo con su placer de ella, no le faziendo fuerza, ca. segun dicen los Sabios antiguos, como en manera de fuerza es, son facar è falagar las mugeres con prometimiento vanos, faziendo fazez maldad de sus cuerpos, y aquellos que traen esta manera, maza yerra, que si lo fiziesen por fuerza.

17 Praeterea licet disparitas nota liberet, & excuset à ductione praesice, in quo merito, quod prauidetur foraming se in hoc decipienti, cum sciat, vel scire deberet, illum non adimpletur suam promissionem ducendi illam non tamen idem sequitur, nec iustum est, vt ipse deceptor liberetur à restitutione dotis, & satisfactione iniuriae, & damni dati, & illari à se consulto feminae cum remaneat deslorata, & inhonorata, & ob id dote egeat factio culposo stuprantis, & promissio ducendi eam fida, saltem habet vim precum importunaram.

Denique licet animus decipienti solam ente retentus non obliget ad restitutionem, sequitur tamen damno, & laesione re ipsa, siue dolo, siue aliis, quis debuit restitutionem damni omnino debere fieri, praeterea maxime quando promissio non adimpletur: quibus in hac parte affirmatiuam omnino, & proculdubio adducor, eamque firmiter probor cum communi, & vera sententia, hoc idem tenente, & affirmante, vt patet ex Authoribus statim citandis, qui illam tenent, & probant, nempe Dominic. à Soto in 4. sentent. distinct. 27. questione 1. artic. 3. versic. alia praecipua, Nauar. in Manual Luno cap. 22. num. 76. Ledefma in secundam partem quartae, quest. 13. artic. 2. artic. dubium 2. conclusionem 3. fol. 241. column. 1. Veracruz in 3. parte Specul. conjug. articulo 19. conclus. 3. Corduba lib. 1. su. question. questione 12. versic. secundum dictum: & in versic. tertia pars Magister Beya in suis casibus conscientiae casus, in princip. Barthol. à Ledefma de matrimonio dubio 19. fol. 1294. Ludouic. Lopez in 2. parte sui instruct. in 2. editione in Materia matrimonij cap. 36. fol. 1036. & in 1. parte cap. 76. fol. 189. columna 1. in fine, & columna sequenti, Petrus de Ledefma de matrimonio, quest. 43. articulo 4. dubio 1. conclusionem 2. & idem voluit in summa de sacramento matrimonij pag. 767. columna 1. dum dicit, que entonces basta que la dote, y no esta obligada a casarse con ella, Capua lib. 2. dec. 78. num. 6. in fine, eam dicit probabilem, Enriquez in loco supra citato iuncto commento litera C. & eam supponit Nauar. lib. 3. de restitutione cap. 3. parte 4. dubio 2. in secunda editione num. 427. & Ludouic. Carb. de restitutione, quest. 26. in 10. conclusionem, ibi, verum si essent.

18 Qua opinione retenta, est Nauarrus cap. 16. n. 18. Cordub. Veracruz, & Beya vbi sup. sentiant hunc teneri integre restituere, sicut decipiens, vel vi corruptus, eo quod talis fida promissio habeat vim precum importunaram, quae violentia & impollent: melius tamen Sor. Capua, Ludouic. Lopez & Petrus de Ledefma supra citati censent, non ita integre teneri restituere, sed prudens arbitrio consideratis ex vna parte damno, ex altera vero, quod ipsa femina consentit sua sponte deceptam fuisse: & hanc sententiam dicit esse satis probabilem Thom. Sanchez de matrimonio lib. 1. disputat. 10. num. 18. ad fin. & ego eam libenter probor, & veriore censeo.

19 Sed quod erit, si aliquis sicte promittat corruptae paris conditionis matrimonium conscientis corruptionis, & sub hac spe femina tradidit ei corpus, & hunc non teneri eam ducere, sed alio modo iniuriam compensare, quia eam ducere non est quale copula habite cum corrupta, sed longe maius docent Veracruz in 3. parte Specul. conjug. artic. 19. conclusionem 6. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 11. num. 2. in comment. suar. Ludouic. Lopez 1. parte instruct. cap.

77. §. hinc emergit: & esse probabile hoc credit Sanchez d. disput. 10. num. 23. lib. 1. de matrim.

Ego vero contrarium verius, & tenendum esse existimo, quia cum vtique fit aequalis conditionis, & vir conscientis corruptionis feminae promittit se cum ea matrimonium contradurum, & sub hac spe ipsa corpus ei tradiderit, non video cur hic non debeat, & teneatur vere cum ea contrahere ex facto subsequito, & deceptioe, licet ex priori consensu ficto non remanserit obligatus in conscientia, siquidem femina ex sua parte adimpleuit contractum, facio, vt facias, & ipsa se non deceperit, quia erat paris conditionis, & imputet sibi vir, qui conscientis corruptionis hanc mulierem decepit: quare merito quod eam ducere teneatur, & in terminis ita tenent Paludan, in quarto, disputatione 28. quest. 1. artic. 2. conclusionem 4. numero 14. Cordub. alios citans in sua summa quest. 49. Ludouic. Lopez in 1. parte instruct. in 2. editione cap. 76. fol. 189. col. 2. in versic. sed quid iam: vbi D. Thom. & alios pro hac opin. allegat. & in 2. parte ibi materia de matrim. cap. 36. fol. 1035. col. 2. Manuel Rodrig. in 1. tom. sua summa in 2. editione c. 208. num. 8. licet minus bene alleget Sotum, & Naua. pro hac opinione, & limitat, quando est vtroque promissio: & hanc sententiam fateatur esse probabilem Sanchez vbi supra, lib. 1. de matrim. disput. 10. num. 20.

Quae sententia proculdubio procedet quando esset vidua bonae famae, infamiamque ex copula contraheret, ob quam inepta redderetur matrimonio, quia tunc non videtur aliter posse relaxari damnum secundum Nauar. lib. 4. conclus. de sponsal. m. 3. editione consil. 48. & in posteriori consil. 7. Ludouic. Lopez 1. parte instruct. cap. 77. §. hinc etiam liquet, Petr. de Ledefma de matrimonio, quest. 45. artic. 4. dubio 1. in solutione, ad confirmationem verit. & in summa de sacramento matrimonij pag. 87. column. 2. ibi, el caso es, Thom. Sanchez d. disput. 10. num. 24. vbi improbat Alphonsi à Veracruz, in 3. parte Specul. conjug. artic. 19. conclusio. dicentem fictum promissorem non teneri ducere corruptam cuiusque sit conditionis.

Quod si in specie praemissa deceptor iam transierit ad secundas nuptias, teneatur prouidere priori deceptae de nuptiis, vt cum D. Thom. in 4. tractat Ludouic. Lopez d. 6. 76. pag. 189. versic. sed quid iam, vbi dupliciter limitat principalem suprad. nostram sententiam affirmatiuam, secundum omnes: Primo si sponsus sic multo melioris conditionis: Secundo si ex verbis viri mulier decepta facile potuit deceptoris deprehendere fallaciam, & quod haec exceptiones locum etiam habent, antequam deceptor secundas nuptias celebrauerit, scilicet, quod in his duobus casibus exceptis, illam ducere non teneatur sed post celebratas nuptias, compensare illi teneatur arbitrio boni viri, pensato ex vna parte damno & ex alia parte, quod ipsa consentit sua sponte voluisse se decipi.

Sed si contrahentes sponsalia aequales sint, & alter vere promittat, alter sicte (quando nullum aliud, praeter violatam fidem, sequitur damnum) fictus promissor contrahere non teneatur, nisi sequatur scandalum, vt cum aliis probat Thom. Sanchez d. disput. 10. num. 26. contra Petrum de Ledefm. de matrim. quest. 43. artic. 1. dubio 4. cuius opinio probabilis est, secundum eundem Thom. Sanchez, vbi supra, num. praecedent., quos omnes in foro conscientiae loqui intelligo, nam in foro Ecclesiae standum est promissioni externae, si de alio non constat, quia Ecclesia non iudicat de occultis.

Illud tamen in proposito huius capituli magno pretio habendum erit pro securitate conscientiae, quod quando fictus promissor immunitus est ab obligatione ducendi mulierem in vxore ex causis supra adductis, nempe notabilis inaequalitatis, &c. Est intercegetur

tor à iudice, an promiserit, poterit id negare, ne si fateatur promissionem, cum intentione, qua id promissit, probare nequeat cogatur inuoluntarie ad matrimonium, quia cum iudex interrogat, ut ad matrimonium debitum cogat, sensus interrogationis est, vel saltem interpretatus, & rationabiliter esse debet promissisti matrimonium, ita ut tenearis? ergo vere respondit eo sensu, non promissisti, scilicet, ita ut tenearis? ita in terminis tenet Nauar. in cap. humana aures 22, quest. 3. 1. quest. num. fin. & Manuel Rodriguez in 1. tom. sua summ. in 2. editione cap. 245, num. 12. & probat Thom. Sanchez, d. disputat. 10. num. 27.

21 Sic etiam interrogatus à iudice, num mutuo receperit numos? quos re vera iam non debet, potest iurare se non recepisse, scilicet, negando interrogationem, vt in ipsa continetur, quia non recepit, ita teneatur eos soluere, vt late probat D. Couar. lib. 1. var. resol. c. 2. num. 3. & 4. & diximus late alibi.

22 Similiter clericus à custodibus rogatus, num aliqua oportet, vt gabellam soluere compellatur? potest id iuramento negare, intelligendo se nihil portare, ex quo gabellam debeat, Syluester verbo hinc dandum quest. vltima, & Sanchez vbi supra, qui utrumque exemplum refert, & sequitur, illud vero de clerico intelligendum est, de clerico non negotiatore, nam si negotiator sit gabellam debet, vt in l. 7. tit. 18. lib. 9. noua collect. Reg.

23 Consequenter rogatus ab vrbis custodibus, num veniat ex tali loco? quem falso putant peste infectum esse, si norit peste minime affici, potest iurare, vt custodes rogare debent. Syluester verbo iuramentum 3. questione 2. Nauar. in Manua. cap. 12. numero 19. Philiar. de officio sacerdot. tom. 1. parte 2. lib. 3. cap. 14. in fin. & Thom. Sanchez, vbi supra.

24 Ex quibus idem dicendum est, quoties aliquis vere promissit matrimonium, non tamen tenetur seruare fidem ob aliquam causam, vt quia altera fornicata est. &c. Potest enim iuramento negare promissionem, ita vt teneatur. sic Thom. Sanchez, vbi supra, d. disputatione 10. numero 28. vbi hoc non tantum verum intelligit quoties certa est causa non implendi promissum, sed etiam quando iudicio sapientium est probabile, non tamen tam seruare, potest enim iurare se non promississe, ita vt teneatur, quia tunc conscientia inuenit opinioni probabili potest se non obligatum existimare, & hanc partem tueri.

CAPITVLVM XI.

De matrimonio clandestino contracto absque parcho, & testibus, an obliget vt sponsalia?

SUMMARIUM.

1 Matrimonium clandestine contractum absque parcho & testibus, an obliget, vt sponsalia? & numeris sequentibus; eliguntur pars negatiua, & ampliatum num. 2. vt procedat, vti iam si matrimonium clandestine contrahentes animum habuerint se obligandi eo modo, quo melius possint; & num. 3. limitatur, quando ultra processum est, nempe ad virginis desforationem, quia tunc ratione damni illati, & iniustitia tenetur vir eam ducere.

Hanc questionem latissime examinauimus pro & contra in nostro tract. de iuramento confirmatorio cap. 51. numero 28. cum sequentibus, vsque ad numerum 37. vbi partem negatiuam elegimus, etiam accedente iuramento. Contrariam tamen, & sic affirmatiuam tenuit Al-

phonfus à Verzeruè in appendice ad Specul. coniugior. dubio 9. conclusio 2. & Anton. de Cordob. in summa questione 52. in fin. vbi fallo nos citat pro hac opinione, cum contrariam probauerimus.

Sed hanc affirmatiuam tenet etiam Henriquez asserens sic declarasse Cardinales lib. 11. de matrim. cap. 5. num. 4. & Bartholom. à Ledesim. de matrimonio, dubio 18. fol. 128. 4. Ortiz in sua summa. cap. 16. de matrim. in fin. & Vega lib. 6. sua summa casu 102. & lib. 2. casu 264. & eam dicit nouissime satis probabilem Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio d. sup. 20. num. 2. in fin. & alij relati à Zeuall. in sua practica, quest. commun. contra com. quest. 604. num. 79.

Sed nihilominus nostra opinio negatiua praualuit apud iuristas, & Theologos; & magis recepta est, quam tenent, & sequuntur Nauar. lib. 4. consil. in 2. editione, tit. de clandestinis desponsatione, consil. 3. numero 3. & in tit. de sponsal. consil. 1. numero 3. Azoued. in l. 1. numero 2. 3. 33. & 36. tit. 1. lib. 5. noua collect. Reg. Albornoz in sua arte contract. lib. 4. tit. 8. Spino in Specul. testament. gloss. 151. numero 78. & ex Theologia noster Concannonicus Magister Palac. in 4. distinct. 28. quest. vltim. prope fin. versic. exquiris; Petr. de Ledesim. de matrimonio quaestione 45. articulo 5. puncto 2. post quartum dubium fol. 182. conclus. 1. & in summa. de sacramento matrimonio. cap. 6. del consentimento, pag. 71. colum. 2. in versiculo. La segunda difficultad. Manuel Rodriguez in 1. tom. sua summa in 2. editione. cap. 220. numero 1. Vega lib. 6. sua summa. casu 104. & 122. & videtur supponere Ludou. Lopez in secunda parte sui instruct. de matrim. cap. 37. fol. 1041. colum. 1. & hanc nouissime probat, & ampleditur Thom. Sanchez vbi supra, numero 3. & 4. & cum hac remanet Zeuall. vbi supra, itaque communis reuera dicit potest hac nostra sententia. Deo gratias, & verissima atque omnino tenenda.

Et procedit etiam si clandestine matrimon. contrahentes animum habuerint se obligandi eo modo quo melius possunt, vt recte credit Thom. Sanchez vbi supra, numero 6. aduersus Petr. de Ledesim. Manuel. & Vegam ab eo relatos, & eundem Petrum de Ledesim. in d. sua summa. pag. 72. col. 1. in versic. diglo terçero. sed errant, quia etiam præd. verbis noluerunt se obligare de futuro. sed de præsentibus, hoc autem non valuit, ergo nec de futuro: quia hoc modo non se obligarunt, nec de eorum intentione sic se obligandi constat, & illa verba meliori modo intelliguntur, vt sonant, scilicet de præsentibus quomodo absque parcho, & testibus minime obligant.

Limitatur tamen nostra, & communis sententia, vt non procedat, quando ultra processum est, nempe ad virginis desforationem, quia tunc ratione damni illati, & iniustitiae tenebitur vir eam ducere: ita Petr. de Ledesim. vbi supra in primo loco vnc. 2. & in sum. pag. 71. col. 2. ad fin. ibi Digo lo segundo, & in princ. col. sequentibus, & Vega d. casu 122. & Manuel vbi sup. loquitur etiam quando animo decipiendi sic contraxit, contrarium tamen etiam in præd. casu probat, & tenet Thom. Sanchez, vbi supra, non solum respectu ducendi, vt eam ducere non teneatur, sed neque ad aliam restitutionem, sicut quando si de fuit contractu, quia ipsa sciuit, vel scire debuit statim esse nullum, & poena grauissima dignum: ipse vero verius, & tenendum esse cenfeo in hac specie. quod ipse eam ducere præcise minime teneatur, cum contractus matrimonij præcedens sit nullus, & irritus, ergo eius virtute ad id non tenetur, sed ratione stupri tenebitur ei ad restitutionem damni illati arbitrio boni, & prudentis viri, argument. c. 1. & 2. de adult. & eorum que resoluimus contra eundem Thom. Sanchez supra c. præcedent. licet in alio casu, sed tamen eius rationes idem probant in hoc.

CAPITULUM XII.

De subarratione anul, quid in hac materia operetur?

SUMMARIUM.

1 Subarratio anul quid operetur in materia matrimoniali? & in numeris sequentibus, & numero 2. quod consuetudo loci in hoc attendenda est, vbi, & numer. 3. quid erit dicendum semota consuetudine ante, & post Concilium Tridentinum: & num. 4. in quo digito immitti debet ab hoc anul.

2 Sponsus qui habito tractatu inter amicos de matrimonio contrahendo, cum aliqua femina, misit ei arras, vel iocalia, eaque ipsa recepit, videtur eam desponsare, quia hoc est signum sufficiens mutuae promissionis, & quid si parentes eidem feminae anulum miserint? num. 6.

3 Sponsalia erunt si cum tractaretur de matrimonio contrahendo viro promittenti matrimonium femina requisita manum dedit ad fidem recipendam.

4 Matrimonia presumpta hodie cessant attento Concilio Tridentino, nisi eius forma seruetur?

Subarratio anul ex se est signum æquiuocum, vnde si nihil præcessit, ex quo matrimonium, vel sponsalia presumi valeant, neutrus erit effectus, Menoch. alios referens de presumptione lib. 3. præsumptio 2. num. 2. cum sequentibus Mascard. de probat. conclusione 1024. & sequent. post Abb. in ca. fin. a. 7. de desponsatione impub. Gregor. Lopez in l. 2. verb. dicendo, tit. 1. partia 4. Soto in 4. distinctione 27. quest. 2. art. 1. conclusionem 3. Thomas Sanchez. cum alijs lib. 1. de matrim. disputatione 22. numero 1.

Verum si consuetudo loci sit, vt anul traditio significet sponsalia (vel olim ante Concilium Tridentini, matrimonium) hoc ipsum præsumitur iuxta loci consuetudinem, glofin ca. femina 30. questione 5. Abb. & communis in cap. final. de desponsatione impub. Paris. consilij 55. nu. 43. & consil. 60. columna vltim. lib. 4. sequitur, & communem profiteretur D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte ca. 4. in princ. sub num. 3. ibi, vel quando est consuetudo, &c. Menoch. vbi supra num. 6. Cepola consil. 1. ciuil. n. 4. Lopus alleg. 5. 6. nu. 5. 14. & 16. Aretin. consil. 13. nu. 4. refert & sequitur plures Theologos allegans idem tenentes Thom. Sanchez. vbi supra numero 2.

Semota autem consuetudine si vir femine consensum conjugalem exprimentis anul tradiderit, matrimonium censetur contrahere, iuxta glof. quam ibi singularem dicit Abb. in ca. penultim. de sponsal. glof. etiam in ca. tua in glof. verba de sponsal. est communis hæc sententia in dictis locis, prout eam profiterentur, & sequuntur Couar. vbi supra d. num. 3. in princ. & in vers. id tamen, vbi eam magis communem affirmat, & Menoch. vbi supra numero 4. Mascard. etiam vbi supra numero 2. & 3. Villalob. in suis communibus opin. litera M. num. 59. & alij citati per Thom. Sanchez vbi supra numero 3. qui idem sequitur, & addit, quod si sponsalia præcesserunt ex parte vnius, non vero verba matrimonij erunt sponsalia per subarrationem anul alterius.

Et quamuis hoc nonnulli verum esse intelligant, quando anulus in medio digiti anularius ponitur, quia ibi est quædam vena, que ad corpus ipsum protenditur, & ideo in signum mutue dilectionis in eo ponitur, vt per Mascard. vbi supra n. 6. qui cum Abb. in

ca. final. num. 7. de desponsatione impub. addit attendendam esse loci consuetudinem, & videtur tenere Henriquez lib. 11. de matrim. ca. 1. 3. n. 6. dicens anulum esse signum positum in medio digito: hoc verum est, & procedit, vt præsumatur matrimonium, quia ille anulus in matrimonij contractu signum præ fert illo pignore corda maris, & femine coniungi, & ob id quarto digito sinistra manus inferitur, quod ibi vena fit ad ipsum cor tendens, vt explicat ex lido. in d. ca. femina 30. quest. 5. Gellius, Macrobr. Virgil. Polydor. & Plinius, quos refert, & sequitur D. Couar. d. ca. 4. in princ. numero 3. ibi, atque ille anulus: quando vero non ponitur in medio digito, præsumuntur sponsalia, quia cum sponsalia non sint ipsa conjunctio, sed conjunctio promissio, non oportet anulum in medio digito poni, vt cordium conjunctio significetur, ita Anton. de Butr. in ca. illud num. 7. de presumptio, & in ca. final. num. 3. de desponsat. impub. & ibi Alex. de Neou nu. 13. Preposit. 4. Aretin. d. consil. 13. num. 4. Menoch. vbi supra n. 16. & Thom. Sanchez num. 4.

Observandum est etiam, quod si habito tractatu inter amicos de matrimonio contrahendo misit sponsus arras, vel iocalia, nihil aliud exprimens, & sponsa ea accepit, sunt sponsalia, quia hoc est signum sufficiens mutue promissionis, quando sponsus de eo tractatu constitit, iuxta glof. in d. ca. tua de sponsal. in parte verba, Corduba in sua summa quest. 19. 3. Paludan. in 4. distinct. 27. quest. 1. art. 1. nu. 10. Rolet. verb. matrimonium 2. n. 17. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 4. 3. numer. 6. addens idem esse, si pecunias nomine sponsaliorum mittat, sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 5.

Si vero parentes ipsi miserint anulum, si credimus glof. in cap. final. verbo subarratio, ibi, & si fiat à patre, de desponsat. impuls. præsumuntur sponsalia: sed verius est, præsumi tantum donationem secund. Abb. in d. ca. final. num. 7. Alex. de Neou ibi, num. 12. & Mascard. vbi supra num. 6. quare, nisi ex filij consensu mittant, nihil profus agatur secund. Menochium vbi supra num. 8. & Thom. Sanchez num. 7.

Similiter erunt sponsalia, si cum tractaretur de matrimonio contrahendo, viro promittenti matrimonium femina requisita manum dedit ad fidem recipendam, Anton. Gomez in l. 32. Taur. nu. 24. Paludan. in 4. dist. 27. quest. 1. art. 1. nu. 4. refert, & sequitur alios allegans Thom. Sanchez. de matrim. lib. 1. disputatione 22. n. 6. vbi idem credit, si sponsus promitteret matrimonium, dum modo ipsa traderet corpus, ipsaque statim tradiderit focus autem si quis femine manum capiat dicens, do tibi fidem de matrimonio contrahendo, si ipsa nihil respondeat, vt cum D. Antonin. & alios hoc ibi tenet.

Hodie autem attento Sacro Concilio Tridentino sessione 24. cap. 1. de reformat. matrim. matrimonium celebrari, nec præsumi celebratum potest, nisi seruata forma, de qua ibi, qui aliter, quam præserte parcho, &c.

CAPITULUM XIII.

De sponsalibus, & matrimonij contractu per parentes pro filijs presentibus, & tacentibus.

SUMMARIUM.

1 Sponsalia contracta per parentes pro filijs suis expresse consentientibus, vel tacite, vel si presentibus fuerint, nec contraxerint, obligant in vtroque foro, vt in num. 9. & quid in extraneis? num. 2. & 10.

- 3 Tutor si contrahat sponsalia pro suo minore requiritur pro eorum validitate expressus minoris consensus, vel eius ratificatio.
- 4 Frater an possit contrahere sponsalia pro eius sorore?
- 5 Mater an possit contrahere sponsalia, vel matrimonium pro filio, vel filia presentis, & tacenti? & quid si filius sit emancipatus? num. 7.
- 6 Mater potest offerre filium suum religioni.
- 8 Patentes an possint contrahere sponsalia, & matrimonia pro filiis suis spurjis, etiam ex damnato coitu generatis?
- 11 Parentes an, & quando possint contrahere sponsalia, vel matrimonia pro filijs suis? numero 1. cum sequentibus, & per totum caput, & numero 11. quid quando filij sunt absentes, vel non sunt adli capaces?

**E**X sponsalibus, que parentes pro filijs puberibus, vel imuberibus contrahunt si filij expresse consenserint, vel tacite, vel si presentes fuerint, nec contradixerint obligantur, & ex eis oritur iustitia publicæ honestatis; & est idem si filij tempore sponsalium absentes, & etiam ignorantes, eadem sponsalia post scientes ratificaverunt tacite, vel expresse, ita deciditur ab Ecclesia in ca. vnic. §. si. de desponsat. impub. lib. 6. per quem rex, ita tenent ibi communiter DD. & in alijs quamplurimis locis, glossa in ca. honorantur, verbo non de sponsalibus 32. quest. 2. Villalobos alios allegans in suis communibus opinionibus littera M. numero 60. Nauar. in Manual. Latin. ca. 22. numero 58. & omnes ceteri DD. de hac re agentes, & precipue infra citandi, quidquid aliud male sentiant quidam neoterici Authores, quibus non est attendendum.

- 2 Dubitatur tamen, an idem dicendum sit in alijs extraneis, & in hoc pars negatiua verior, communis, & tenenda est cum Abba. in ca. ex parte de restitutione spoliar. Joan. Andr. & communiter DD. in d. §. fin. est communis, vt cum alijs affirmat eam sequitur D. Couar. in quarto secunda parte ca. 4. in principio numero 4. glof. etiam in ca. 1. verbo, presente, de matrim. contrah. contra interdictum Ecclesie, vbi Innocent. num. vnic. Abb. 2. Cardin. primo, Alex. de Neuo num. 10. & 11. Innocent. in cap. 1. & ibi communiter DD. de desponsat. impub. Greg. Lopez in l. 10. in glof. no las pedia. tit. 1. partia 4. Matien. in rubrica tit. 2. glof. 1. num. 26. lib. 5. & ex Theolog. hanc partem videtur sentire D. Thom. in quarto, distinctione 27. questione 1. articulo 2. questionum. secunda ad tertium, dum pro speciali tradit, & docet, quod verba parentum sufficiant presentibus filijs & tacentibus, & tenet expresse Paladan. in 4. distinctione 27. q. 1. numero 4. & quest. 2. art. 3. conclusionem 4. num. 19. & 20. D. Anton. in 3. parte sue summe tit. 1. ca. 2. ante §. 1. in fine Veracruz. in 1. parte Specul. conjug. art. 5. in fin. Palac. in 4. distinct. 27. quest. 1. folia 70. col. 1. in principio. Angel. verbo sponsalia num. 4. & ibi Syluest. quest. 2. dicto 5. Armil. num. 6. Tabien. quest. 5. nu. 6. Petrus Nicolaus Motius de sponsal. sub tit. qui possint contrahere sponsalia numero 6. & 7. folio 168. & alios allegans Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio, disputatione 23. num. 7.
- Unde glof. in ca. vnic. §. final. de desponsatione impub. lib. 6. verb. sponsalia, que contrarium tenuit, falsa est omnino secundum Couar. & Matien. cum vbi supra, sicut similiter falluntur ceteri Authores, qui tenuerunt, dispositionem d. §. fina. habere locum & in extraneis, prout sunt Richard. in quarto distinctione 27. articulo 1. questione 3. ad secundum. Victoria in summa de matrim. n. 25. Soc. in 4. dist. 27. q. 1. ar. 4. verb. presentis autem, Ledesma in 2. parte 4. quest. 47.

art. 2. fol. 449. col. 1. Angles in suis Florib. Theolog. questionum in 1. parte. q. de essential. matrim. art. 2. dubio 3. folio 529. Enriquez lib. 11. de matrim. ca. 2. numero 6. Jun. & commenta littera P. Petrus de Eedesma de matrimonio questione 45. articulo 2. dubio 3. Ludovicus Lopez in 2. parte Instructorijs de matrim. ca. 39. folio 1055. col. 2. in fine, & col. sequenti Bartholomæus à Ledesma de matrimonio dubio 19. folio 1263. Candelab. aureum 7. sacrament. prima parte de matrim. num. 39. & Vega lib. 3. summe casu 152. horum namq; opinio sustineri non potest, siquidem Jus Canonicum speciale jus constituit in parentibus, innuens à contrario sensu fecus esse in extraneis.

Imo etiam & in tutore, qui si contraheret pro suo minore, requireretur expressus consensus, & rati habitio eius, vt cum alijs probat, & tenet Gregor. Lop. vbi supra.

Et in fratre contrahente pro sorore secundum Tabien. vbi supra, quamuis eum improbet in hoc Tho. Sanchez vbi supra. Sed nullo iure cauetur, quod dispositum in hac specie in parentibus habeat locum, in alijs, non licet igitur Doctores ex capite hoc extendere ad alios: parentum namque munus est filios in matrimonium collocare, & præ nimio amore, quo ipsos prosequuntur præsumitur fore, vt ipsis bene consulant, & ideo iure optimo iudicatur consensus ex presentia filij tacenti: que ratio in alijs non ita militat: & licet in fratre pro sorore contrahente sponsalia, vel matrimonium militare videatur, vt idem in eo probauit Sanchez vbi supra, non tamen iure probatur, ideo probabilis esse censui non esse certam eius opin. sed contrariam Tabienæ, sicut in tutore militare quoque videbatur eadem ratio, & nihilominus contrarium in eo sicut in alio extraneo tenet Gregor. Lopez vbi supra, & cum alijs probat Motius vbi supra num. 7. contra glof. in d. e. ultimo verb. sponsalia de desponsatione impub. l. 6. & Motius ibidem idem probat in paruo, quod in tutore, nempe aliud in eis esse in proposito, quam in parentibus, in hac namque materia omnes præter parentes pro extraneis reputari possunt.

Quo fit, & inferitur, quod cum tex. in d. §. final. de parentibus loquatur, non solum de patre, sed etiam de matre contrahente sponsalia, vel matrimonium pro filio, vel filia presente, & tacente, proculdubio intelligendus sit, non enim in hoc curatur de patria potestate, nec ei tex. ille innititur, sed amor parentum, qui ardentior est in matre; & quia in spiritualibus ratio naturalis præferat dispositioni civili cuius est patria potestas naturaliter autem filius vtrique parenti subditus est, ac obedire tenetur.

Unde mater potest filium offerre religioni; Innocent. in ca. 2. numero primo, & ibi Abb. numero 6. de regular. & ita merito DD. in d. cap. vnic. §. fin. de desponsat. impub. lib. 6. & alij ex supra allegatis pro communiter intelligunt d. §. fin. vt refert Thomas Sanchez vbi supra num. 9.

Inferitur secundo idem dicendum esse, licet filius emancipatus sit, vt probat Innocent. cap. primo de matrim. contrah. numer. 1. Joan. Andr. in d. cap. vnic. numero 2. Francus ibi in §. porro numero 3. & Dominicus ibidem. Enric. in ca. primo de desponsat. impub. numer. 5. Brunel. de sponsal. conclusionem 11. num. vnic. & Sanchez cum eis vbi supra num. 10.

Tertio ex superioribus deducitur, idem esse in filijs spurjis etiam ex damnato coitu generatis, qui in hoc consideratur reuerentia iure naturæ debita, ita tenent Anchar. in d. §. fin. numero 3. & ibi Franc. numero 3. Brunel. & Sanchez vbi supra numero 1. & hic numero 11. pro quibus illationibus facere etiam generalitas tex. in d. cap. vnic. §. fin. dum indistincte de quibuscumque parentibus, & filijs loquitur.

Quini.

Quinimo in vtroque foro dum non constat de difficultu interno procedit dispositio d. §. fin. at verò in extraneis, etiam si consensit de interno consensu in neutro foro erunt sponsalia, vel matrimonium, quia deficiat externum signum sufficienter manifestans internum illum consensum, vt recte probat Thomas Sanchez vbi supra num. 12. nec secundum ipsum ibi. Sacrum Concilium Tridentinum sessione 24. capit. primo de reformatione matrimon. aliquid corripit in hoc, non quoad sponsalia, quia de his non meminit, neque quoad matrimonium, quando parentes coram parcho, & testibus matrimonium inuenit filiorum præsentium, & tacentium nomine, quia constat parcho, & testibus de contrahentium consensu parentum voce explicato, secundum Veracruzem in prima parte Speculi conjugatorum, articulo sexto, in fin. & articulo septimo, etiam in fine, & sequitur Sanchez vbi supra numero 13.

At quamuis hæc opinio vera, & probabilis sit, nihilominus contrarium semper vidi in praxi obseruari pro securiori cautela, & firmitate, nempe, quod etiam si parentes sine cum filijs tempore contrahendi matrimonij, & illi hoc aperiant parcho coram testibus, nihilominus ipse parochus interrogat filios contrahentes, eorumque exquirat consensum non vero parentum, conformans se cum dispositione Concilij Tridentini d. capit. primo, vbi, vbi parochus viro, & muliere interrogat, & eorum mutuo consensu intellecto, &c. interrogatio igitur ipsorum contrahentium pro se requiritur in super, & quod ex prædict. interrogatione parochus intelligat eorum mutuum consensum verbis, vel signis, aliove modo sufficienti: verum, si hoc non fieret, sed potius parentes interrogarentur à parcho coram testibus, presentibus, & intelligentibus, ac tacentibus ipsorum filijs contrahentem matrimonium nomine ipsorum filiorum, & pro ipsis, hocque parentes affirmarent, qui est proprius noster casus, de quo agimus, crederem profecto esse matrimonium iuxta præcedentem opinionem, quia presentia, & taciturnitas filiorum, quorum nomine eorum parentes contrahunt matrimonium, sufficientes externum signum consensu interni est iuris præsumptio, & dispositione, vt in d. ca. vnic. ca. fina. de desponsat. impub. lib. 6. quod Sacrum Concilium non corrigat, nec de hoc casu loquutum est, sed de frequentiori, & regulari, scilicet, quando ipsimet coniungendi matrimonialiter per se contrahunt, nulla facta mentione de parentibus, noster igitur casus tanquam omissus remanet sub dispositione juris communis, arguendo l. commodissime cum finilij de lictis & posthumi.

At præfata prima sententia negatiua communis, que asserti secus esse de extraneis, limatur, vt non procedat, quando consuetudo loci obtinet, & per alios explicari consensum, vt apud Indos, qui ita timidi ac ferui sunt, vt neque pedem moueant absque Gubernatoris sui consensu, & ideo, quando matrimonium contrahunt, non solent ipsi verba proferre, sed eorum nomine Gubernator, & est signum externum sufficientes ad exprimentum consensum internum ex parte consuetudine dum ipsi presentibus sunt, & tacente, vt cum Alphon. de Veracruzem in prima parte Speculi conjug. articulo 7. docent, & tenent Matienzo in rubrica tituli 1. de matrim. glof. 1. numero 28. cum sequenti lib. 5. noue collecti. Reg. & Thom. Sanchez lib. primo de matrimonio, disputatione 23. numero 14.

Quod si parentes contrahant sponsalia pro filijs absentibus, vel infantibus, qui doli capaces non sunt, satis non erit secundum vniuersam sententiam, si postquam id nouerint, vel facti sunt doli capaces

taceant non reclamantes ex d. cap. vnic. §. final. dum constituit differentiam inter sponsalia a parentibus nomine filiorum presentium, & tacentium contracta, quo casu valent, si non contradixerint; & inter contracta filijs absentibus, quod casu ibi deciditur non valere, nisi certiores facti ratificauerint tacite, vel expresse: ergo in hac specie vltra taciturnitatem requiritur, & perit ille rex. alia signa expressa, vel tacita consensus; & ratio esse potest, quia quado filius presentis est, & intelligens tacet, magis præsumitur, si dissentiat illum reclamaturum, quam dum absens est, quo casu sæpe obliuiscitur, vel parum curat, forte existimans se posse postmodum reclamare, vel nondum consensum præstitisse: & ita merito hanc sententiam probat Joan. Andreas in d. cap. vnic. num. 2. & ibi Dominicus, porro, & Franciscus. Ant. de Butrio in d. ca. tua. numer. 7. de sponsal. Cardinal. in ca. 1. numero 2. de desponsatione impub. & ibi Henric. numero 4. Brunel. de sponsal. conclusionem 11. numero 1. Corduba in summa questione 193. Vega lib. 6. casu 31. quos refert, & sequitur contra alios plures tenentes contrarium Thomas Sanchez d. disputatione 23. numero 17. in hoc itaque casu non est differentia, siue parentes contrahant pro filijs, siue extranei, vt obseruat Anto. d. n. 7. Cardin. 2. Sanchez numero 17. ad finem vbi supra.

CAPITULUM XIV.

De promittente matrimonium pro absente.

SUMMARIUM.

- 1 Promittens matrimonium pro absente, ad quid tenetur.
- 2 Promittens factum alienum iure canonico ad quid tenetur.
- 3 Promissio facti alieni obligat etiam in foro conscientie, & ad quid obliget.
- 4 Promissio facti alieni obligat etiam bodie attentio iure civili, & in his Reges attentio l. 2. titulo 16. lib. 5. noue collecti. Regie.
- 5 Promittens factum alienum non satis facit fidei præstita, si fidei, & similitate adimpleat, hoc est, per complimentum, vt hic habetur.
- 6 Promissor facti alieni si obseruauerit recte, quod promissio liber erit a pena, & interesse, quod procedit etiam si promissor alterum facturum cum effectu, vt in numero 7. vbi, & in numeris sequentibus limitatur aliquibus modis.
- 7 Promittens sub certa pena Titium fidei iuramentum, & adhibita omni diligentia, vult Titium fidei iurare, licet promissor excusetur a pena, sed non ab alio fidei iuramento eque tuto præstando.
- 8 L. 1. titulo 1. partia 5. intellectum.

**P**romittens matrimonium pro absente in scio iuramento præstito, vel absque eo, tenetur bona fide absque fraude, & fessione adhibere omnem diligentiam, quam rei qualitas exposit, vt loquatur effectus: quod si alter adhuc noluit, promissor liber manet, & non est perijuri reus: quod probatur primo.

Quia valet etiam iure civili attentio, non solum canonico promissio matrimonij alieni, glof. in ca. vnic. verb. nihil 30. q. 2. Alex. de Neuo in c. ex literis, el segundo, n. 12. de sponsal. D. Couar. de pact. in 6. secunda parte §. 1. num. 1. Præposit. in ca. sicut numer. 6. de sponsal. nos de iuramento confirmat. in parte ca. 4. numero 2. & ex Theologis Molin. in 2. tom. de Iustitia, & iure